AD VIRUM CLARISSIMUM ALBERTUM MAZZOLENUM ABBATEM...

Casto Innocente Ansaldi

AD

VIRUM CLARISSIMUM

ALBERTUM MAZZOLENUM

ABBATEM CASINENSEM

ET

PONTIDENSIS MONASTERII

PRIOREM MAJOREM

DE TARSENSI HERCULE

In viridi Jaſpide inſculpto

EPISTOLA

CASTI INNOCENTIS ANSALDI

ORDINIS PRÆDICATORUM.

1872

REVERENDISSIME PATER.

CUR Te meis hiſce Litteris interpellare audeam, duo potiſſimum ſunt in cauſſa, PATER REVERENDISSIME: Alterum quidem, quod quum plures inter gemmas, quas ſtudii gratia nactus eſt Sodalis meus BENEDICTUS FESTARIUS, qui Cœnobio nunc noſtro religioſiſſime prudentiſſimeque præeſt, quemque præſtantiorum opificia artium, tabulæ præſertim pictæ adeo delectarunt, ut plures ſemper congeſſerit, ſacro Templi ornamento & utilitati Bibliothecæ conſecrandas; quum eas, inquam, inter gemmas una ceteris præſtet cum magnitudine, tum affabre impreſſis & in cavo inciſis figuris, quæ mirum in modum cum figuris in Numiſmate Tarſenſi GORDIANI PII expreſſis & extantibus conveniunt, rem omnibus qui amœniores proſequuntur Litteras jucundam utilemque facturum me arbitratus ſum, ſi eamdem appoſita quadam explicatione illuſtrarem. Alterum vero (illudque me movet vehementius) quod quum in gemmæ peripheria, eadem legatur epigraphe, quæ in allegato Tarſenſium Numiſmate, nempe circum Herculem, altera manu Clavam, altera Leonis exuvias gerentem, oculo ad palmam, ad quam circumagitur ſerpens, jucunde intento, inciſa ſint verba ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ, & poſteriora doctioribus in Re Nummaria Viris obſcura adeo & explicatu difficilia viſa fuerint, ut quum in ſexcentas diſtraherentur ſententias, nonnulli eorum de certa interpretatione actum crediderint, ſed Tu, VIR CLARISSIME, in iis, quæ tuis in Numiſmata aerea ſelectiora Muſei Piſani, olim Corrarii Animadverſionibus præfiniſti *Addendis atque Corrigendis*, ſatis idoneam excogitaveris litteras illas AMK legendi rationem, eamque ita rei Nummariæ ef-

 ſatis,

ſatis, Legibuſque Hiſtoriæ adeo conſonam, ut omnibus hac in re palmam præripuiſſe auſpicato videaris: hinc ut interpretatio tua viam mihi, ad explicandam gemmam aperuit, ita factum arbitror, ut ex noſtra ipſa gemma cogitatum tuum quammaxime communiatur. His itaque de cauſſis tibi, VIR SPECTATISSIME, Commentariulum hunc qualemcumque inſcribere ac dicare conſtitui.

Nobilitas & pretium hujus gemmæ ut conſpicienti ſtatim ſe prodit, ita colligitur ex Plinio, qui Libro Hiſtor. Natural. XXXVII. Num. 75. de gemmis ſcribit: *Cava, aut exaberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur: deinde quæ vocatur Lenticula: poſtea Cycloides & rotunda: angaloſis minima gratia*. Habet autem gemma noſtra figuram oblongam æqualemque, ut ex ſchemate ſatis conſtat, in quo altitudo & latitudo adparent. Itaque patet, inter rariores ætatis noſtræ gemmas recenſeri omnino debere. Quamvis enim maximam fuiſſe olim viridantium harum gemmarum copiam conjicimus, quod, ut ex idoneis oſtendit monumentis Blaſius Caryophilus, *in Diſſertatione de Mercaturis Antiquorum*, pag. 202., eis Veteres pocula, fræna, equeſtres ſellas, baltheos etiam ornarent, attamen, ut recte monet celeberrimus Marchio Maffejus in Animadverſionibus Litterariis Tomo IV. Art. IX. *Le gemme intagliate, o le pietre prezioſe figurate di rilevo, quando ſono di ſtraordinaria grandezza, e lavorate con ſingolar maeſtria, ſi tien communemente, che ſuperino ogni prezzo*. Ex viridi Jaſpide eſt gemma noſtra, illudque ſpectans ad genus, quod Græci ἴασπιδα σμαραγδίζοντα appellant, & quod cum Heliotropio etiam convenit. Plinius, Libro allegato, Jaſpidum de generibus verba faciens, *Viret*, inquit, *& ſæpe tranſlucet Jaſpis, etiamſi victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam Gentes: Smaragdo ſimilem Indi: Cypros duram glaucoque pingui: Perſæ aeri ſimilem: ob id vocatur aerizuſa... Optima quæ purpuræ quidquam habet: ſecunda, quæ roſæ: tertia, quæ Smaragdi. Singulis autem Græci nomina ex argumento dedere*, nempe πορφυρίζοντος ἰάσπιδος, ῥοδίζοντος, σμαραγδίζοντος, ut ad hunc Plinii locum monet Harduinus. Heliotropium deſcribit etiam Hiſtoriæ Naturalis Auctor, eodem Libro, Num. LX ſcribens. *Heliotropium naſcitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, ſanguineis venis diſtincta. Cauſſa nominis quoniam dejecta in vas aquæ, fulgorem Solis accendit ſanguineo repercuſſu, maxime Æthiopica. Eadem extra aquam, Speculi modo, Solem accipit, deprehenditque defectus, ſubeuntem Lunam oſtendens*. Solinus hæc totidem repetit verbis Cap. XXVII. Iſidorus etiam

Lib.

Libro Org. XVI. Cap. VII., & Marbodeus Cap. XXXIV.

Hunc nunc Æthiopes, nunc Cyprus & Africa mittit:
Sanguinis aſperſum guttis, ſimilemque Smaragdo.
Ex re nomen habens eſt Heliotropia gemma,
Quæ Solis radiis in aqua ſubjecto batillo,
Sanguineum reddit mutato nomine ſolem,
Eclipſimque novam terris effundere cogit.

Jaſpidem nonnullam revera cum Smaragdo convenire docet etiam Salmaſius in Solinum, pag. 1130. his verbis: *Jaſpis ἀερίζουσα, vel ἠερίζουσα, & contracte ἠρίζουσα, unde Perſicum* Firuza. *Aerizuſa autem Jaſpis, quæ calini coloris eſt, plane eadem cum noſtro Turcheſia. Inde etiam fictum Arabicum* Feruzegi, *ex ἀερίζουσα corruptum. Quidam Smaragdum interpretantur, alii Sapphirum. Servios:* Alii tradunt Jaſpidem in Zmaragdam tranſire. *Cognatio igitur Jaſpidi cum Smaragdo, ut etiam teſtatur Theophraſtus:* φασὶ δὲ, inquit, ἡ σμάραγδος ἐκ τῆς ἰάσπιδος γίνεσθαι. *Jaſpis autem calini vel aerii coloris plane eſt Turcheſio*. Jure igitur ac merito quum hæc obſervare liceat in gemma noſtra, qui eamdem contrectaverunt *Diaſpro Heliotropio* italice eam dixere, & *Plaſmo di Smeraldo*, nam & in allegatum Plinii locum monuit Harduinus, Heliotropium ex genere illius eſſe gemmæ, quam Galli nunc vocant *Prême de d'Emeraude*. Effoſſa fuit hæc Anno MDCCXL. inter Forum Livii & Britonorium, aut *Petram Honorii*, quam alii *Forum Truentinorum* fuiſſe contendunt, ut apud Martinierium *in Lexico magno Geographico*: quo tempore videlicet laudatus FRSTARIUS Cœnobium noſtrum Forolivienſe moderabatur, qui eam, pro ſtudio & diligentia ſua, tandem indeptus eſt.

De gemmæ antiquitate nullus videtur eſſe dubitandi locus, quum illam vetuſtiſſimam judicarint hiſce in rebus peritiſſimi, quos inter Cl. Baldinus, Clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ nunc Præpoſitus Generalis, & de re antiquaria optime meritus, qui dum paucis ab hinc menſibus Brixiæ ageret, ceu in admirationem raptus, ſimile numquam ſe vidiſſe teſtatus eſt, ejuſdemque magnitudinis, tantæ antiquitatis monumentum. Quamvis enim ætate noſtra & proxime exactis, haud defuerint celeberrimi Artifices, qui gemmas amethyſtinas, chalcedonias, hyacinthinas, ſmaragdinas, vitreas etiam varia figura, tam ſcite excalpere & ſculpere valuerint, & Veteres proxime adeo imitari, ut vel peritiſſimos fallerent aliquando, quod ab Equite Victorio, qui eos quoque diligentiſſime recenſet, oſtenſum eſt *in Diſſertatione Glyptographica*, in qua gemmas duas

vetu-

vetuſtiſſimas, emblematibus & græco Artificis nomine inſignitas, ac Romæ poſitas, in Muſeo Victorio explicat illuſtratque; attamen nemo non videt, expreſſas noſtro in lapide figuras, ſive figuram Herculis, ejuſque cetera inſignia, Gordianea revera ad tempora pertinere, nobilis enim inter recentiores Artifex ſiquod antiquum exemplum, lucelli aut laudis cupiditate, imitari velit, an non Praxitelium aut primævæ antiquitatis opus aliquod ſeligit ſibique præſtituit? Vetuſtatem indicat etiam Epigraphe, ſive inciſæ in gemma litteræ, quæ, niſi aliquid ipſa diuturnitate temporis exeſum eſſe videatur, ita ſe in lapide revera habent: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΜΚ, littera nempe Α bis ut Λ impreſſa, Λ vero & Α in antiquis Græcorum monumentis invicem permutari, docet non ſemel Salmaſius *in Solinum;* imo Λ latine, ſæpenumero ut *Alpha*, ſepæ etiam ut Λ *Lamda Græcorum* ſcribere veteres olim Latinos conſueviſſe, docuit Marcus Terentianus *de Syllabis*. Sigma etiam vides non ut vetuſtiſſimis temporibus figura eſſe Σ, ſed Lunæ inſtar falcatæ C pictum, quod frequentiſſimum ſecundo Seculo ſubindeque, monet Harduinus in *Notis & Emed. ad Lib.* XXVIII. *Hiſt. Nat.* Plinii, & Julius Carolus Schlaegerus, *in Commentatione de Numo Hadriani Plumbeo, & Gemma Iſiaca &c. Cap.* III. Poſtrema tamen littera alterius voculæ videtur in hac gemma ad O accedere, exili lineola ſemicirculum claudente: quod nempe quum littera C, ubi primum gemma eruta eſt, ſitu & ſordibus foret obducta, qui ejus ductum pertentabat, ſubula plus æquo adacta, formam & apicem litteræ C tranſiliit ac longius provexit, unumque illud per imprudentiam corrupit, *ſolito veterum, ut fere ſemper obſervavi, monumentorum fato*, (utor verbis Gisberti Cuperi Epiſtola ad Laurentium Patarolum) *quorum quæ præſtantiora ſunt nonniſi corroſa, & depravata ad nos pervenerunt; contra vero ex vulgaribus innumerabilia pæne exſtent integerrima & elegantiſſime conſervationis.* Non eſt autem cur dicamus de vetuſtate ipſius Jaſpidis, quum hæc ſtatim in oculos reſiliat.

Convenire eam diximus cum Nummo *Gordiani Pii*, qui non modo exhibetur inter Numiſmata maximi moduli Ludovici XIV. Tab. XXVII. recuſa ad exemplar Pariſienſe, Eleutheropoli, ut ajunt, vere Berolini, Anno MDCCIV., ſed a Cl. Montfauconio, Tom. I. *Supplement. ad Antiquitatem explanatione, & ſchematibus illuſtratam*, Tab. XLIX., imo a Te quoque producitur, PATER REVERENDISSIME, in ſelectiſſimo Muſeo Piſano olim Corrario, Tab. LVI. quod feliciter adeo & erudite interpretatus es, imo

imo & inter nummos primæ magnitudinis Muſei Theupolí recenſetur, pag. 1054. In antica ejus parte caput Gordiani adparet, cum Epigraphe: ATT K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΕΒ IIII., in poſtica Hercules, ut in gemma noſtra, iiſdemque inſignibus ornatus, niſi quod in Numiſmate a Te, VIR DOCTISSIME, illuſtrato, non palmam, ſed Heſperidum pomorum arborem ambiat Serpens, litteræque AMK non in peripheria, ſed in area proſtent, in Numiſmate vero Berolini edito (quod cetera cum ſcalptura gemmæ noſtræ prorſus convenit) Hercules barbatus eſſe videatur, apud Montfauconium, imberbis ille quidem, & figuræ Jaſpidis noſtræ omnino ſimilis; ſed loco arboris, ſcipio aut Caduceus adſit; quæ tamen omnia, ſive in Antigraphis diverſa ſint, ſive vitiata fuerint in Ecgraphis, oſtendunt adhuc apertiſſime, ab hodierno imitatore Numiſmatis Artifice haud fuiſſe ſcalpturam gemmæ elaboratam.

Quandoquidem igitur cum Gordiani nummo adeo convenit Jaſpis noſtra, de ἐπιγραφῆς interpretationibus variis diſſeramus operæ pretium eſt, ut ad tuam tandem, quam noſtra quoque adſtruit gemma, accedamus. Nemini impervia arbitror priora verba TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC *Tarſi Metropolis*, Tarſum ſiquidem nobiliſſimam fuiſſe Urbium Ciliciæ, vetuſtiſſimamque Metropolim, tradunt Scriptores univerſi. Solinus de Cilicia ſcribit, Cap. XLI.: *Matrem Urbium habet Tarſon, quam Danaes proles nobiliſſima Perſeus locavit*, quare & Lucano, Lib. III.:

. . . . *Perſeaque Tarſos.*

Strabo, Lib. XIV., eadem de Urbe, *Prapotens eſt*, inquit, *& Metropolis rationem obtinet*, πλεῖστον δύναται, τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπέχουσα λόγον. Idem habet Flavius Joſephus, Lib. Antiq. I.: *Tarſus enim apud eos (Cilices) Metropolis eſt, Civitatum omnium memoria digniſſima*, Ταρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται μητρόπολις οὖσα. Intermeabat eam Cydnus, non *ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis*, ut ajebat Curtius, Lib. III. Cap. 4, quare & Dionyſius de Situ orbis:

Κύδνου τε σκολιοῖο μέσην διὰ Ταρσὸν ἰόντος.
Cydnique flexuoſi mediam per Tarſum euntis.

Metropoleos nomen & decus, quo ſuapte veluti natura, & vetuſtiſſimis temporibus gaudebat Tarſus, confirmatum veluti intelligimus poſt Bellum Civile, ut Appianus Alexandrinus tradit Lib. IV., dein ab Auguſto, ut ex verbis Dionis Chryſoſtomi novimus, ita in Tarſica prima illius Urbis Cives alloquutus: Πρὸς τούτοις δὲ μητρόπολις ἡ Ταρσὸς τῆς Κιλικίας. *Præterea accedit*

dit his, quod Tarſus ſit Metropolis omnium in Cilicia .... & ſane Metropolis veſtra eſt Civitas, ut & gravitatem auctoritatemque Metropoleos habeat. Et in Tarſica altera *Vobis, Viri Tarſenſes, obtigit, ut primi ſitis in hac gente, non ſolum quod maximam omnium in Cilicia inhabitetis Civitatem, & Metropolim ab initio: verum etiam quod Cæſarem ſecundum, ſuper omnes optime vobis habuiſtis volentem & familiarem.* ὑμῖν γάρ, ἄνδρες Ταρσεῖς, συμβέβηκε μὲν πρώτοις εἶναι τῷ ἔθνει, ἐν μόνῃ τῷ μεγίστῳ ὑπάρχειν τὴν πόλιν τὴν ἐν τῇ Κιλικίᾳ, καὶ μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς. ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν δεύτερον Καίσαρα, ὑπὲρ πάντας ἔχετε οἰκείως ὑμῖν δεξάμενοι. Plura de Tarſo legi poſſunt apud Strabonem Lib. XIV., plura apud Jacobum de Wilde in Selectis Numiſmatibus antiquis ad Tab. XVIII., & in Animadverſionibus Weſſelingii ad Itinerarium Hieroſolymitanum; plura apud Valeſium & Gronovium in Notis ad Lib. XIV. Cap VIII Ammiani Marcellini; ut de Comite Camillo Silveſtrio taceam, Adnot. in Sat. III. Juvenalis, & Equite Michaele Angelo Georgio, in Marmore Gordiani III. illuſtrato.

Uberiorem poſcere ſibi videntur indaginem tres quæ ſequuntur litteræ AMK, uti in gemma noſtra, ita & in pluribus Numiſmatibus Tarſenſium. Non vacat apud Te, VIR CL., eas enumerare, quas optime calles, interpretationes; Pitroni nempe apud Seguinum in Epiſtola ad Franciſcum Gottifredum, Holſtenii ſuis in Stephanum notis, Triſtani Tom. II. pag. 316., Harduini in Amirrhetico; Noriſii, Diſſert. IV. de Epochis Syro-Macedonum, Vaillantii, in interpretatione Numiſmatum a Populis Romanæ ditionis græce loquentibus percuſſorum; Rodolphini Venuti in Antiquis Numiſmatibus maximi moduli Cardinalis Albani, Joberti, pulcherrimo in Libro, *La Science des Medailles*; aliorumque plurium doctiſſimorum hominum. Eos inter nonnulli, quum *Primatus* prærogativam littera A exprimi in Numiſmatibus ſolitam animadverterent, ut in nummo Reginæ Chriſtinæ, & Galliarum Regis, in quo CAPΔIC *Sardis* dicitur ACIAC ΛΥΔΙΑC ΕΛΛΑΔΟC A MHTPOΠOΛIC *Aſiæ, Lydiæ, Græciæ Prima Metropolis*; inde litteras AMK in Numiſmatibus Tarſenſium interpretati ſunt, *Primam Metropolim Ciliciæ*, alii, quia Metropolis vox, uti in gemma noſtra, ita jam & arata eſt in nummis, tecteco ταυτολογίᾳ tunc Epigraphe laboraret, ut poſt Pagium animadvertit Giſbertus Cuperus in *Vita trium Gordianorum*, hinc ad alias interpretationes confugiendum duxerunt. Legendum igitur nonnulli ſtatuerunt, Eques Georgius præſertim in Marmore Gordiani III. illuſtrato, AMαντῆς Κιλικίας *Amantiæ* videlicet

licet *Ciliciæ*, ita ab Amano monte appellatæ, de quo Strabo Lib. XI. Ptolomæus Tab VIII., Plinius Hiſt. Natur. Lib. v. & VI. Lucanus Lib. Pharſal. III:

Venere feroces
Cappadoces, duri Populus nunc cultor Amani,

Alii litteras AMK verterunt *Primam Majoris Ciliciæ*, ceu ejuſmodi Provincia, Armeniæ inſtar & Phrygiæ, in μεγάλην καὶ μικρὰν, *magnam & parvam*, ut de hiſce poſterioribus ait Strabo, fuiſſet ab Imperatoribus diviſa. Alii, πρώτην μεγίστην Κιλικίας, *Primam Maximam Ciliciæ* verterunt; ob ea ipſa, quæ retulimus Dionis Pruſæenſis verba, qui Tarſenſes μεγίστην ὑπάρχειν τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Κιλικίᾳ, *maximam omnium Ciliciæ Civitatem habentes* appellat. Hiſce enim revera ſibi nominibus aſſentabantur Græculi, Cyzicus quippe a Johanne Malala, Chronog. p. 364. Ed. Oxon., μητρόπολις μεγάλης τῆς Ἑλλησπόντου ἐπαρχίας, *Metropolis* appellabatur *magna Præfecturæ Helleſponti*. Nonnulli tandem πρώτην μόνην Κιλικίας, *Primam ſolam Ciliciæ*, non ob allegata modo Dionis Chryſoſtomi verba: *Vobis contigit, Viri Tarſenſes, ut primi ſitis in hac gente*, verum etiam quod æmula Tarſi Anazarbus, poſtquam Metropolis dignitatem ab Alexandro Severo accepiſſet, Primatuſque titulum a Valeriano Cæſare, hiſce de prærogativis contenderet cum Tarſo, indeque factum ajunt, ut ſe *ſolam Primam* hæc in Nummis appellaret, ne veteri dignitate auctoritateque excidiſſe videretur. Qui olim legerat, Ἀδελφοὶ Μεταλλεῖς Κιλικίας, *Fratres Metallarii Ciliciæ*, ſuo potius indulſiſſe ingenio, quam rectæ Exegeſeos legibus candide demum faſſus eſt.

Inter ejuſcemodi tamen legendi modos, nullum certe in quo quieſcere Tibi liceat reperiri docuiſti, VIR SPECTATISSIME, in Addendis & Corrigendis, quæ præfixiſti *Animadverſionibus in Numiſmata Ærea Selectiora Muſei Piſani, olim Corarii*. Sane, tametſi nullam ejuſce rei rationem adferas, non una tamen emicat per ſe ſe. Primum enim, quum litteræ A M K in Numiſmatibus compareant Tarſenſium ætate illa, qua nullæ adhuc interceſſerant Tarſum inter & Anazarbum de Primatu Contentiones, quis eas veteribus prærogativis aſſerendis excogitatas ſculptaſque retur? Apud veteres Scriptores dividitur Cilicia quidem in aſperam & campeſtrem, numquam tamen in magnam & parvam. Exſtant denique, præſertim apud Vaillantium, plures Anazarbi nummi, in quibus, poſt Metropoleos nomen, litteræ rurſus leguntur A M K. Quis tum vero putet, iis ſignificari Anazarbum

appellandam *Primam Solam*, vel *Primam Maximam Ciliciæ*? Neque igitur id ſignificabunt in Tarſi Numiſmatibus.

Sed quam recte de allegatis dubitaveris, Vir Cl., legendi modis quitque noverit, qui animadverſiones legerit celebris Bimardi in Tomum II. Libri *La Science des Medailles*, ita Joberti hac de re cogitata emendantis, pag. 144., & ſeqq: *Avant que d'examiner les differens ſentimens des Antiquaires, ſur le ſens des lettres* A. M. K., *il faut remarquer* 1.° *qu'on ne les trouve par ſeulement ſur les Médailles d'Anazarbe, mais encore ſur celles de Tarſe*, 2.° *que ces lettres paroiſſent ſur les Medailles de Tarſe dès les tems de Lucius Verus, & qu'on les y voit toujours après Septime Sévère; au lieu qu'on ne commence à les voir ſur les médailles d'Anazarbe que ſous Elagable, & qu'elles ne s'y trouvent conſtamment que depuis Voluſien.* 3.° *Enfin que les mêmes lettres ſe rencontrent ſur des Medailles de ces deux Villes frappées ſous les mêmes Empereurs, comme ſous Voluſien, & ſous Valérien. Je ne m'arrêterai point à réfuter l'explication de Triſtan, & de Charles Patin, qui liſoient ſur toutes ces Médailles* Αμαζίνης Κιλικίας. *Qui a jamais dit que toute la Cilicie portât le nom d'*Amanique *ou* [illegible] *nom n'a été donné qu'à une partie de Cilicie, comment cette partie ſeule avoit-elle deux Métropoles? Le Pere Hardouin aſſure qu'on doit lire* Αμφοτέρας Κιλικίας *quand le mot* Μητρόπολις *ne s'y trouve par tout entier ou en partie. Mais il y a lieu d'être étonné que le Pere Jobert en adoptant cette explication, avance en même tems qu'on n'a rien pû oppoſer à cette découverte. Il ne s'eſt donc pas ſouvenu qu'elle avoit été detruite ſans reſſource par le Cardinal Noris, dont il connoiſſoit l'Ouvrage. La conjecture du P. Hardouin eſt uniquement fondée ſur la diviſion de la Cilicie en deux Eparchies, ou Provinces. mais le Card. Noris démontre que la Cilicie ne formoit qu'une ſeule Eparchie, ou un ſeul Gouvernement, dans les temps où ont été frappées toutes les Médailles qu'on cherche d'expliquer, & qu'elle n'a été diviſée en deux Eparchies que ſous Arcadius, ou, comme je le crois, ſous Theodoſe le jeune. Il faut voir dans ſon Livre même les preuves qu'il en apporte, & auxquelles perſonne juſqu'à préſent n'a tenté de répondre. Ce ſçavant Cardinal adopte enſuite l'explication propoſée par Pierre Fitton, que Luc d'Holſtein avoit auſſi embraſſée, & il croit que les lettres* A M. K. *ſignifient* πρώτης Μητροπόλεως Κιλικίας. *Mais cette Leçon que le P. Hardouin employoit auſſi pour expliquer quelques-unes de ces Médailles, n'eſt pas exempte de difficulté, puiſqu'il n'eſt pas vrai-ſemblable qu'on ait voulu répéter deux fois le titre de Métropole, ſur le même côté d'une Médailles, c'eſt cependant ce qui arriveroit tant ſur celles de Tarſe, que ſur celles d'Anazarbe; car on lit ſur les* pre-

premieres ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ.Κ Γ. Β. *& ſur les autres*, ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞ. ΜΗΤΡΟΠ. Α Μ Κ Γ Γ., *ce qu'il faudroit rendre par* Tarſi Metropolis, Primæ Metropolis Ciliciæ, & Anazarbi illuſtris Metropolis Ciliciæ, *a-t-on quelque part des exemples d'une pareille Tautologie? M. Vaillant explique les lettres* A M K. *par* πρώτης Μεγάλης Κιλικίας, Primæ Magnæ Ciliciæ; *mais la Cilicie n'a jamais été diviſée en grande & en petite; & d'ailleurs quand même cette diviſion ſeroit reçue, la grande Cilicie auroit elle eu toute ſeule deux Capitales ou Métropoles, tandis que la petite n'en auroit point eu? Si elles avoient eu chacune leur Métropole, & que Tarſe par exemple eût été la Capitale de la grande Cilicie, & Anazarbe de la petite, il auroit fallu que la même lettre* M *ſignifiât ſur les Médailles de la première* μεγάλης, *& ſur celles de la ſeconde* μικρᾶς. *Or quelle apparence, que la même lettre ſervît à déſigner deux épithètes oppoſées? Enfin pendant les tems où Anazarbe ne prenoit pas encore le titre de* A. M K πρώτης Κιλικίας, *Tarſe auroit joüi de la primauté ſur la Cilicie entière, & non pas ſur la grande Cilicie ſeulement.* Le P. Banduri *propoſe de lire* πρώτης μόνης Κιλικίας Primæ ſolius Ciliciæ, *mais ſon explication ſe trouve détruite par la troiſieme Obſervation que j'ai faite en commençant cette Remarque, car puiſque les trois lettres qu'il explique ainſi, ſe trouvent ſur de Médaille de Tarſe & d'Anazarbe, frappées ſous le même Empereur, il en reſulte qu'aucune de ces deux Villes n'auroit été en droit de ſe glorifier, d'être ſeule la première de Cilicie. Enfin M. Haym conjecture que Tarſe & Anazarbe, ayant fini leurs conteſtations ſur la primauté, & s'étant remiſes en bonne intelligence, étoient cependant convenues, qu'elles ne feroient rien ſans le conſentement d'Anchialé, & de Moſpueſtie, Villes libres & Autonomes de la même Province, & que le nom de ces deux Villes, ſeroit mis ſur les Médailles qu'on frapperoit à Tarſe, & à Anazarbe. Ainſi, ſuivant M. Haym,* A. M K Γ. B. *ſignifie* Ἀγχιάλης Μοψουεστίας Κοινὸν [illegible] Βουλῆ, Anchiales, Mopſueſtiæ Communitas Senatus Conſulto. *Il faut l'avouer, de toutes les conjectures qu'on a propoſé juſqu'à preſent, il n'y en a pas une, qui ſoit plus deſtituée de vrai ſemblance; car ſi les Villes de Tarſe & Anazarbe s'étoient reconciliées, pourquoi ne verroit-on pas ſur les Médailles de Tarſe le nom d'Anazarbe, & ſur les Médailles d'Anazarbe le nom de Tarſe? Si Anchialé & Moſpueſtie avoient été unies aux deux autres, pourquoi n'auroient elles pas mis ſur leurs Monnoyes les noms de Tarſe & Anazarbe, comme on prétend que Tarſe & Anazarbe avoient ſoin de faire graver ſur leurs Médailles les noms de Moſpueſtie & d'Anchialé? Je ne m'arrêterai point*

 à refu-

à réfuter une ſeconde conjecture du P. Hardouin, qui des lettres A.M.K. *faiſoit* Ἀδελφοὶ Μεταλλεῖς Κιλικίας Fratres Metallarii Ciliciæ, *parce qu'il l'a abandonée lui-même. Peut-être trouveroit on plus de vraiſemblance dans celle de Meſſieurs Maſſon & Spanheim, qui liſoient* πρώτης Μεγίςης Κιλικίας, Primæ maximæ Ciliciæ, *car il eſt certain que les Villes Greques ſe glorifient de la grandeur de leur enceinte, & qu'elles en tiroient un argument, en faveur de leur prétentions à la primauté. On peut en juger par les Marbres, où Smyrne ſe donne le titre de* ΠΡΩΤΗ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ. Prima Aſiæ pulchritudine, & magnitudine. *De cette diverſité d'opinions, les Lecteurs concluront ſans doute, que le mot de l'énigme n'eſt pas encore trouvé, pour moi content de leur avoir montré que les explications propoſées juſqu'à ce jour, n'ont rien de ce qui caractériſe les véritables dé couvertes, je laiſſe la gloire de faire telle ci, à ceux dont la ſagacité ſurpaſſera la mienne.* Hæc doctiſſimus æque, & modeſtiſſimus Auctor, qui ad calcem paginæ eorum, de quibus agit, citationes, ut vocant, ſubnectit.

Nec ſane video quid eidem regeri poſſit, niſi confugere placeat ad ea quæ Cl. Bacchinius docuit in præſtantiſſima Diſſertatione *de Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Originibus, Parte I. Cap. I.* Pluribus ille nominibus Aſiæ Græciæque Urbes per ea tempora Metropoles ſe Primaſque appellaſſe commemorat: alias nempe, quod antequam ſubigerentur a Romanis Regum ſedes fuiſſent; alias, quod ex facili Auguſtorum liberalitate id accepiſſent, alias, quod Ludos & certamina celebrarent; alias, quod ob rerum copiam ædiumque magnificentiam cum ceteris ejuſdem Provinciæ contendiſſent, alias denique, quod ſe a magna Deorum matre conditas crederent. Hinc pæne omnes *Primas, & Metropoles* potius vocatas quam revera fuiſſe eruit; neque enim id nominis aliud præſtaſſe, quam inanem nominis umbram, & nugatoria privilegia. Adjicit ex Spanhemio idem Bacchinus, prærogativas ejuſmodi pluribus ejuſdem Provinciæ Urbibus tribui ſolitas fuiſſe, imo quandoque unam plurium Provinciarum etiam Metropolim dictam, ut mox de Sardi vidimus: Urbes certaminum & Ludorum gratia *Primas* appellatas, brevi annorum curriculo infinitum multiplicari debuiſſe, ob Ludos ejuſmodi per vices celebratos, faſtuoſa denique *Metropolum, Primarum*, ſimiliumque appellationum nomina, quæ in nummis & Veterum monumentis occurrunt, nullum revera ſolidum ſupra ceteras ejus cui tribuuntur Provinciæ Urbes Primatum induxiſſe. Ii igitur qui allegatas interpretationes tueri pergerent, ex Cl. Bacchinii

nii obſervationibus colligere poſſent, ea ratione, qua Epheſus, Smyrna, & Pergamus ſe eodem tempore *Primas Aſiæ* nuncupabant, ita Tarſum una & Anazarbum, litteris AMK, ſe *Primas Solas* aut *Maximas* Provinciæ potuiſſe dicere, etiamſi nulla ante Arcadium dignitate ceteris ejus Provinciæ urbibus Anazarbus præcelleret.

Sed ſi perperam hunc in modum differerent. Quippe tametſi Metropolim ſe Anazarbus appellaverit, quod a minoribus aliis ejuſdem Ciliciæ Urbibus factum quoque, uti in nummis apud Noriſium Differt. iv. Cap. 1. de Epochis Syro-Macedonum, non dabimus tamen, eam ſe *ſolam Primam*, aut *Primam maximam Ciliciæ*, litteris A.M.K. appellaſſe. Emulationem enim illam eo uſque proceſſiſſe accepimus, ut aliquæ Urbes ejuſdem vellent cum præcipua juris eſſe & conditionis, numquam tamen ut Primatum veteri Metropoli ſurriperent aut denegarent. quod ex Quæſtionibus perſpicuum eſt Nicæenſes inter & Nicomedienſes, in Oratione Dionis Pruſæenſis ad hoſce poſteriores, & ex tributo æque Epheſo, Smyrnæ, Pergamoque Primatus Aſiæ nomine. Sed nec veriſimile quod exiſtimavit Bimardus, in nummis ſaltem Anazarbi, litteras AMK, ΠΡΩΤΗϹ ΜΕΓΙϹΤΗϹ ΚΙΛΙΚΙΑϹ exponi poſſe, eam Urbem ſiquidem κάλλει καὶ μεγέθει celebrem olim fuiſſe haud ſane ſuadent errores Suidæ, & Ammiani Marcellini, qui vetuſtum Anazarbi nomen Diocæſaream fuiſſe falſo docent, quare ex Ptolemæo eos Harduinus corrigit, *in Notis & Emendationibus ad Librum Plinii V. Num. LX.* Quanta vero ob res haſce æmulatione, odio, ira, invidia, & omni contentionum genere Aſiæ Græciæque laborarent Urbes, vix explicari poteſt. Teſtes ſunt graviſſimi Scriptores, Tacitus iv. 42. & Herodianus Lib. iii. Cap. 2. Ariſtidis Oratio ad Civitates Aſiaticas, Dionis Concio ad Nicomedienſes, & Tarſica altera, ſatis oſtendunt quantum de Primatu, de prærogativis, & privilegiis inter ſe nugatores illi certarent. In ſeditionem quoque, ut ex laudatis elucubrationibus eruitur, erumpebant veterum Cives Metropoleon, dum faſtuoſa & ἐμφατικώτερα illa nomina ſubditarum urbium Incolæ temere uſurpabant. Quis igitur Tarſenſes parum adeo ſuis de privilegiis ſollicitos ſibi fingat, ut paſſi fuerint Anazarbum, non ſemel, ſed iterum iterumque, tot in nummis, ac ſub Imperatoribus ſe *Primam Solam*, aut *Primam Maximam Ciliciæ* nuncupare? Adnotat Johannes Albertus Fabricius, Libro Bibliothecæ Græcæ iv. Cap. x. Nicænos, qui de Primatu cum Nicomedienſibus contendebant, hiſce contra agentibus

bus apud Senatum Romanum, cauſſa deinde cecidiſſe viſor-; nam nullis poſtea in nummis hunc ſibi titulum arrogavit Nicea, quem paſſim Nicomedia ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ ΚΑΙ ΒΙΤΥΝΙΑC geſſerit etiam in Domitiani nummo apud Patinum p. 165, & in pluribus aliis juniorum Imperatorum apud Harduinum, in *Nummis Urbium illuſtratis*, *pag.* 356. ſeqq. Utut prudentiores vero aliter ſentirent, ceu Ariſtides, Plutarchus, iiſque ſimiles, præſertim Dion, qui Primatus nullam utilitatem, nullum eſſe officium, nullam potentiam, auctoritatem dignitatemque nullam, ſed inane modo nomen reliquum tunc fuiſſe Nicomedienſibus perſuadere fruſtra conabatur: aſt ignorat nemo Græcanicam illis in rebus levitatem, & deſultorium Orientalium faſtum, præſertim quum nondum diviſum foret Imperium,

& conſpirabant
Gemini frenis communibus Orbes.

Adeo enim πρωτεύειν πόλεως, ſive umbratico illo veteris Imperii ſpecimine contenti eſſe videbantur, ut libenter inde ſervitutem tolerarent; quod quum noſſent optime Romani, pro arcano Imperii, ſive pro rerum conditione & ſtatu, ejuſmodi titulos, delinimenta ſcilicet ſervitutis, modo huic Urbi, modo illi concedebant; aſt nonquam veriſimile videbitur, Tarſum, ſub Imperatoribus & multis & ſibi impenſe faventibus, vetera adverſus Anazarbum aut non conſervaſſe, aut non recuperaſſe privilegia. Quum igitur litteræ A.M.K. quæ tot in Anazarbi Numiſmatibus viſuntur, Urbem illam *Primam ſolam* vel *Primam maximam Ciliciæ* denotare nulla ratione videantur, eandem vindicare ſibi non debent interpretationem in Tarſi nummo, ex quo Gemma noſtra explicanda eſt.

Quantum vero Tibi univerſi debent Antiquariæ rei æſtimatores, Pater Reverendissime, qui nodum celebri Binardo inſolubilem, remque magno etiam Gisberto Cupero imperviam, explicare aggreſſus es, equidem auſpicatiſſime! Loco ſiquidem jam allegato de alia cogitans Lectione litterarum A.M.K. veriſimilius ſuſpicatus es, eas in nummis Tarſi & Anazarbi denotare Ἀγῶνας Μεγάλους Κιλικίας, *Ludos*, ſive *Certamina magna Ciliciæ*, quæ modo Tarſi, modo Anazarbi, occaſione Conventus, ſeu Concilii publici celebrata fuit. Habuiſſe Ciliciam animadvertiſti, aliarum more Provinciarum, in primoribus Urbibus Templa & Sacra Communia, ad quæ ſtatis temporibus univerſa conveniebat Provincia, magnaque edebat Certamina. Inter pervia huju-

ſce

ſce generis exempla adnotandas revera monuiſti Inſcriptiones duas apud Vandalæum, *Diſſert. III. de Pont. Græcor. & Aſiar. pag* 292. *& ſeqq.* in quibus Certaminum illorum & Ludorum mentio. ΑΓΩΝΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΣΚΛΕΠΙΕΩΝ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. *Certaminum magnorum Aſclepiorum*, ſeu Eſculapii, *Communis Galatarum*. Similem igitur interpretationem recipere poſſe animadvertiſti litteras Α Μ Κ. in nummis Tarſi & Anazarbi, nempe Ἀγῶνες Μεγάλοι Κιλικίας, *Certamina magna Ciliciæ*, ſive Ἀσκλήπεια *Aſclepia magna Ciliciæ*, ſeu potius Ἄκτια *Actia*, quæ ſatis ſolemnia, & apud plures Gentes recepta, in honorem celebrantur Actii Apollinis, poſtquam Auguſtus, victo apud Actium Antonio cum Cleopatra, *Templum ipſi Apollini majus ibi exſtruxit, & Ludos muſicos & gymnicos & Certamen equeſtre cum Sacro quinquennali conſtituit, Actios Ludos illos vocans*, καὶ μείζω ᾠκοδόμησεν, ἀγῶνά τε τινὰ καὶ μουσικῆς, καὶ γυμνικῆς, ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερὸν κατέδειξε.... Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας, ut tradit Dio Caſſis Lib. LI. Quum vero Tarſenſes, ut ex Dione Chryſoſtomo dictum eſt, honorifice habiti fuiſſent ab Auguſto, ejuſque & liberalitatem & benevolentiam experti eſſent, facile intelligimus, eos *Actia* celebraſſe, quemadmodum Certamina *Adriana*, *Antoniniana*, *Commodiana*, *Alexandriana*, in honorem Adriani, Commodi, Severi Alexandri, quibus plurimum debebat Tarſus, quare ΑΔΡΙΑΝΗΣ quoque ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗΣ, ΚΟΜΟΔΙΑΝΗΣ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΝΗΣ, *Adriana*, *Antoniniana*, *Commodiana*, *Alexandriana* in Numiſmatibus appellata eſt. Hanc interpretationem tuam quis non admiretur, Pater Reverendissima, inſignem revera ingenii, judicii, veritatis præſtantia? Antiquariæ eminent in ea leges, Hiſtoriæ fides, brevitas, cetera, quæ monumentorum veterum ἐπιγραφαῖς conveniunt. Romani ſiquidem, & græce loquentes etiam Civitates, non ἀκριβολογίᾳ modo & καλλιλογίᾳ, ſed & eo præſertim ſimplici utebantur in Numiſmatibus dicendi genere, quod noſtram longe ſuperare videatur eloquentiam, ut ajebat Patinus elegantiſſimo in Opuſculo: *Introduction a la Connoiſſance des Medailles*.

Mirum jam vero quantum interpretatio hæc tua, Vir Cl., quæ prorſus cum Hiſtoria congruit, Gemmæ noſtræ explicandæ ſit accomodata, quantamque viciſſim a gemma noſtra & pondus mutuetur & lucem. Et vero, ut egregie animadvertit Octavius Falconerius, *in Notis ad Inſcriptiones Athleticas*, vix ulla fuit olim alicujus nominis Urbs, in qua Agones gymnici, ſeu muſici, aut

alte-

alterius generis non celebrarentur, de cujus rei origine nil veriſimilius, quam quod tradidit Seldenus, *in Notis ad Marmora Arundeliana III.*, referendam ſcilicet eam eſſe ad Auguſti tempora, ſub quo effuſæ in adulationem Provinciarum pleræque (ut notat Suetonius in Auguſto) ſuper Templa & Aras, Ludos quoque quinquennales pæne oppidatim conſtituerunt, quod intelligere licet etiam ex illis Horatii, Epiſt. 1. Lib. 1.

Quis circum pagos, & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ?

Cur enim ætate illa gymnicos ſcenicoſque Ludos magnæ & deſidioſiſſimæ Urbes non quotidie pæne celebrarent, quum vel extra ipſas maximo opere eoſdem fuiſſe frequentatos doceant theatra vel in ipſis Pagis publice extructa, ut *Cl. admodum Symmacho Mazochio* animadverſum, ſuo in mutilum Campani Amphitheatri titulum Commentario? Hinc frequens adeo ac multiplex apud Scriptores, atque in antiquis cujuſcumque generis monumentis, Sacrorum Certaminum in tam multis Urbibus mentio. Tarſum utique eiſdem quammaxime deditam fuiſſe arguunt Viri Clariſſimi ex Apoſtoli Pauli Tarſenſis Epiſtolis, in quibus crebræ adeo ad Ludos ejuſmodi alluſiones, eorumque ritus, & cetera ad eos ſpectantia, ut in Notis Hammondi, & Additamentis Clerici videre eſt.

Nulla vero major reliqua in præſens eſt monumentorum ejuſmodi copia quam Numiſmatum, quorum ope Civitates Ludos honeſtabant, eorumque memoriam conſervare ſatagebant; reor ſiquidem, ut Jacobus de Bie docet *in Numiſmatibus Aureis Ducis Croii & Arſchotani*, ad Tab. XLI., ubi Gordiani noſtri nummos explicat, reor, inquam, tot nummos varia forma & numero cuſos, quot generis miſſus, ſive Spectacula Ludis illis edita fuerunt: hinc tot Numiſmata, in quibus Certamina illa deſignata, videlicet ACKΛΗΠΙΑ. CΩΤΗΡΙΑ, ICΘΜΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΚΑΒΕΙΡΙΑ. ΘΕΟΓΑΜΙΑ. CΕΟΥΗΡΕΙΑ. ΚΟΜΟΔΕΙΑ. ΚΟΡΑΙΑ ΑΚΤΙΑ, aliorumque nomina Ludorum, de quibus, Numiſmata illuſtrantes, Spanhemius, Morellus, Jobertus, Bimardus, Vaillantius, qui eorum Syllabum contexuit, quique in Numiſmatibus Coloniarum & Municipiorum Parte II. p. 71. in Caracalla, Tyrinum nummum adfert, in quo epigraphe: SEPT. TYRUS METRO. ACTIA ERACLIA, duoque in Valeriano, quorum in altero: COL. HEL. CERT. SACRV. CAP. OECV. ISEL., in altero: COL. IVL. FEL. HEL. CERT.

SACR.

SACR. CAP. OEC. ISEL. HEL. *Colonia Julia Auguſta Felix Heliopolis Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum Heliopolitanum*. Frequentiſſima autem in nummis, ejuſmodi Ludorum mentio, quod, ut recte Harduinus monuit, *in Nummis Antiquis Populorum & Urbium illuſtratis*, notumque ſatis eſt, eodem ſub Principe, non modo ſemel, ſed bis, ter, quater, hos Ludos, ſacra hæc Certamina ut ederent a Senatu Græciæ Aſiaque Urbes depoſcebant, quare, & in Numiſmatibus, ΔIC, TPIC, TETPAKIC NEΩKOΠΩN voces. Licet vero apud Vaillantium inter Numiſmata a Populis Romanæ ditionis græce loquentibus percuſſa unum reperiatur Herenniæ Etruſcillæ a Tarſo conſecratum, cujus in parte poſtica non modo voces legun-tur TAPCOY MHTPOΠOΛEΩC, ſed litteræ adparent etiam A.M K., nemini ignotum tamen, nummos Auguſtarum quoque facie honeſtatos, in honorem tamen Imperatorum fuiſſe cuſos, eorumque, non Auguſtarum, Epochis donatos ſignatoſque, & occaſione Ludorum quos Imperatoribus ipſis Urbes conſecrabant: ex quo litteras illas AMK, *Ἀγῶνας Μεγάλους Κιλικίας* tunc etiam denotaſſe colligimus. Sane Gordianum Pium, cujus Numiſma illuſtramus, Athleticis quammaxime faviſſe Ludis vetus oſtendit Sigillum, quod Baudelotus explicat, *Tom. I. Hiſtor. Academ. Inſcript. & præſt. Litterarum Gallicæ pag.* 256. Scalpta in eodem eſt Gordiani effigies cum Epigraphe in peripheria: IEP. ΞYCTIK. ANTΩN. ΓOPΔIAN. ETC. CEB CYNOΔOC, hoc eſt, *Sacra Xyſtica Antonii Gordiani Pii Auguſti Synodos*, ut in Epiſtolis Epigraphicis interpretatur Johannes Gaſpar Hagenbuchius, pag. 10, qui quum ex nummis aliiſque monumentis noſſet Gordianum plura inſtituiſſe vel reſtauraſſe Græcis in Urbibus Certamina, *il n' eſt pas ſuprenant*, addit, *que des Athlètes qui s' étoient conſacrez à celebrer les Jeux de Gordien donnaſſent a leur Corp le nom de* ΣYNOΔOC ΞYCTIKH ΓOPΔIANOY. Occaſione igitur Ludorum a Tarſenſibus in honorem Gordiani celebratorum percuſſum reor Numiſma quod cum gemma noſtra convenit, ipſamque adeo ſcalptam gemmam, quod ex figura Herculis, ceteriſque ex inſignibus, eruere etiam eſt.

Quærit Antonius Auguſtinus, *in Dialogis*, cur nam in Gordiani Pii Numiſmatibus figura Herculis compareat, quæſtionique regerit ex fabula, quam Plutarchus narrat *in Vita Antonii*, Antoniorum videlicet familiam (ad quam ſe pertinere Gordiani gloriabantur, quare & mox laudatus, *Antonius* dictus in Lapidibus & Nummis) ab Hercule natam, ab Anteone Herculis

 filio

filio cognomen accepiſſe. Eques vero Georgius, Epiſtola inter Eruditas ad Nicolaum Colerum data, factum id cenſet ob bellica Gordiani ſtudia, ejuſque de Perſis, Gothis, & Sarmatis victorias, quas in ejuſdem Vita celebrat Capitolinus. Nos aliis etiam de cauſſis ſcalptum in gemma Herculem, ſculptumque in Gordiani nummo ducimus, non ſolum quod altera Clavæ innitatur manu, altera exuvias Leonis gerat, (id vero frequentiſſimum,) ſed quod præſertim palmam reſpiciat, cui Serpens circumvolvitur, quibus utique ad Ludos & Certamina alluditur, quæ ipſe iniſſe fama erat.

In Numiſmatibus porro quæ occaſione Ludorum percutebantur, non Tutelare modo ſculpebatur Numen, uti apud Tarſenſes eſſe dicebatur Hercules a Dione Pruſæenſi, in Tarſica Prima ita eos alloquuto: ἄγε δή, πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, καὶ τοῦ Περσέως, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, οὓς τιμᾶτε, ἀποκρίνασθέ μοι προθύμως .... τί ἂν ἐπιστὰς ὁ ἀρχηγὸς ὑμῶν Ἡρακλῆς παραγένοιτο ἐπιπυρᾶς οὔσης, ἣν πάνυ καλὴν ἀναποιεῖτε. *Age vero, per Herculem quaeſo, & Perſeum, & Apollinem, & Minervam, aliosque quos colitis Deos, reſpondete mihi expedite ..... Quid ergo ſi Hercules Dux veſter adveniat ad rogum, quem illi ſane pulchrum facitis?* Significat heic ἀποθέωσιν Herculis a Tarſenſibus celebratam, cujus formam egregie pingit Herodianus. *Lib. Hiſtor. IV. Cap. 2.* Non ſolum, inquam, in Numiſmatibus occaſione Ludorum percuſſis Tutelare ſæpenumero exprimebatur Numen, verum etiam alia ſculpebantur Symbola, quæ cum Ludis ipſis facerent, Cabirus puta, coronam Athletæ nudo porrigens, Urnæ in quibus palmarum rami, menſa cum corona & palmis, Hercules cum Inſignibus noſtræ Jaſpidis, uti apud Vaillantium cernere eſt in nummo Perinthiorum ob Ludos in honorem filiorum Severi celebratos, in quo certe Hercules ſculptus, altera clavam, altera ſpolia Leonis gerens, cum Arbore ſive Palma, cui Serpens involutus. Nonnullæ explicantur a Jacobo Bajero Herculis gemmæ in *Gazophylacio Ebermayeriano* extantes, quæ licet ſat minores, cum noſtra nihilominus conveniunt; triceſima altera præſertim Tab. II., ubi victor Hercules cum clava & exuviis Leonis, altera manu Lauri ramum oſtentat, qualis in nummis Commodi conſpicitur, uti nudus Athleta cum corona & palma ex Numiſmate antiquo antiquaque gemma conſpicitur in fronte *Catalogi Hieronicarum* a Corſino editi, alterque æque nudus in Gemma hyacinthina, Tab. LXXV. *Collectan. Antiquitat. Romanar.*, Rodulphini Venuti, Quando enim in-

inſtitutum, ut Athletæ nudi currerent, quum præcincti antea eſſent, veteribus e Scriptoribus fuſe tradit Johannes Meurſius, Libro Antiquitatum Laconicarum IV. Cap. XVIII, qua de re ſatis erit Scholiaſtem Thucydidis adferre, Lib. I. ſcribentem: Ἀπὸ Ὀρσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. *Poſt Orſippum Megarenſem* (quem alii Lacedæmonium faciunt) *nudati ſunt in Certaminibus*. Vetus Epigramma incerti Auctoris ab eodem productum Scholiaſte:

> Ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῆδ' ἀρίδηλον
> Μνῆμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι·
> Πρῶτος δ' Ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
> Γυμνός, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.
> *Orſippo Megarenſi magnanimo hic inſigne*
> *Monumentum poſuerunt, oraculo Delphyco parentes.*
> *Primuſque Græcorum Olympiæ coronatus eſt*
> *Nudus, quum antea ſtadio præcingerentur.*

Hinc & tot nudi Athletæ cum Ramusculis aut palmis, in Numiſmatibus a Sigeberto Havercampo illuſtratis, more ſcilicet Herorum, & tantum non Semideorum. Noſtra in Jaſpide, æque ac in Gordiani nummo, Herculem imberbem habes, ut in aliis etiam gemmis *Theſauri Ebermayeriani*; ſcimus enim eum αἰολόμορφον *varium facie*, quo nomine Orpheus *in Hymn.* illum appellavit; atque, ut hunc ipſum Gordiani nummum explicans Montfauconius ait loco allegato, *veriſimile quod ſit hunc ſingularem Herculis depingendi modum Tarſi proprium fuiſſe*. Habes & palmam ſignum indiciumque victoriæ & Athletæ præmium, de illo namque loquens Pollux Lib. III. *obtinuiſſe*, ait inter cetera, *palma ramum, aut habuiſſe palmam*: ἀνείλετο τὴν ῥάβδον τῷ φοίνικος, ἢ τὸν φοίνικα ἔλαβεν, quare & Virgilius, Lib. æneid. V.

> *Et palmæ pretium Victoribus.*

Bonarrotius, in Animadverſionibus ad Numiſmata Cardinalis Carpinæi, nummum L. Veri explicans, in quo Hercules cum palma, ſcribit *Il piccolo arboſcello denota la pianta dell' Ulivo Selvatico, dalla quale ſollevanſi pigliare le corone de Vincitori, onde fu chiamata* Calliſtefano, o Bella corona, *come ſcrive Pauſania* (Lib. V.) *Fu portata da Ercole agli Iperborei* (Schol Pind. Od 3.) *la qual coſa vien da Pauſania attribuita ad altro Ercole Ideo antichiſſimo, e creduto altresì per Inſtitutore de Giuochi Olimpici*. Hinc, Tom. I. Inſcript. Gruteri, ſchemata viſuntur Gladiatorum aut palmam, aut coronas geſtantium; quin & ejuſdem Tomi pag. CCCXXXV. Editionis Grævii, ejuſmodi ex Boiſſardo legitur Inſcriptio:

 L'AN-

L'ANNAEVS
MER
VICIT. CIV.
SECVND. TVLIT.
XX. IIIIX
PERT. TVLIT. XIIX.
PAL. ET. COR. . . . . V.
DIVI TRAIANI
AVG. MVN.

Serpens qui Arbori circumvolvitur ad Draconem alludit malorum aureorum Cuſtodem, quem Hercules ΠΡΩΤΟΣ ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ, ut *in Marmore Farneſiano* dicitur, vicit olim & ſuperavit; ita namque & Sophocles, *in Trachiniis*, ipſum utpote plura monſtra *κατειργασμένον*, inducit ſua de dextera loquentem:

Hac interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu obſervantem arborem;

ut Tullius, Libro Diſputat. Tuſcul. II. illa *παραφράζει* Tragici:

τόν τε Χρυσέων
Δράκοντα μήλων φύλακ', ἐπ' ἐσχάτοις τόποις.

Sed & Serpentem victoriam portendiſſe creditum, ait Valerius Maximus, *Lib. I. Cap. 6.* Notum autem, ex *Hiſtoria Auguſta*, Gordianum Pium per Syriam veniſſe Antiochiam, quæ a Perſis tenebatur, illic frequentibus præliis pugnaſſe & viciſſe, hinc, ut animadvertit Patinus, *in Theſauro Numiſmatum*, dubium eſſe non debet, quin vicini Tarſenſes illius victorias celebraverint Ludis, Certaminibus, & Numiſmatibus, in quibus Hercules Tutelaris deus & palma victoriam, quam de Perſis Imperator obtinuerat, aperte deſignarent.

His poſitis noſſe valet quiſque quid noſtra de Jaſpide judicari poſſit, præſertim ſi ad ea, quæ ejuſmodi in Certaminibus fieri conſueverant, animum convertat. *In Ludis, quos pro æternitate Imperii ſuſceptos appellari MAXIMOS voluit* Nero, ut Svetonius in ejus vita ſcribit, *ſparſa Populo fuerunt miſſilia omnium rerum . . . teſſeræ frumentariæ, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ &c* Haud ignoro a libertate licentiaque Cæſarum, qui ſe ferebant ſupra Leges, eorumque πολυτελῇ, qua populos donis hiſce demulcebant ſibique devinciebant, ea omnia profecta; quum jam Leges ipſæ modum ſumptibus Ludorum ſtatuiſſent, ut fuſe oſtendit Jacobus Gutherius, *de Veteri Jure Pontificio Lib. III. Cap. 19.* Ve-

rum,

rum, etſi pro minoribus viribus minori pompa in Provinciis Certamina ederentur, ea tamen quæ Romæ fieri conſueverant occaſione illa æmulatas fuiſſe in Ludis Urbes ceteras, animadvertit Tertullianus *Libro de Spectaculis*. Quæ igitur Certamina Maxima imitabantur Cæſarum, dum Ἀγῶνας Μεγάλους ederent, Provinciarum Civitates, proclive eſt illorum occaſione Ludorum munera diſtribuiſſe aliqua, inter quæ gemmas etiam nummoſque, miſſilia, alia Ludos ipſos ſignificantia.

Et ſane, ut animadvertit doctiſſimus Gorius *Tomo II. Muſei Florentini pag. 32.*, antiquis in Lapidibus ad Circenſes Ludos pertinentibus apud Gruterum pag CCCXL.; ceteros inter nominantur *Margaritarii*, qui, ut erudite notat Johannes Argolus, *in Notis ad Lib. I Onuphrii Panvinii de Circenſibus, Cap. XV.*, margaritas & gemmas in Circo vendebant Sponſoribus, Prætoribus, Conſulibus, Quæſtoribus, ceteriſque, qui Certamina edebant, quibus ipſi poſtea donarent victores Aurigas. Notum autem ex Petro Fabro, *Lib. Agonisticon II. Cap IX. & Lib. III. Cap XX.*, præter quatuor Ludos Coronarios, ſeu ΟΛΥΜΠΙΑ, ΠΥΘΙΑ, ΝΕΜΕΑ, ΙΣΘΜΙΑ, de quibus quatuor elaboratiſſimas *Diſſertationes Agonisticas* nuper ſcripſit Cl. Eduardus Corſinus, hoſce, inquam præter Ludos, in quibus coronæ tantum erant Victoribus conceſſæ, aliis in Agonibus, & maxime in iis qui Romanorum inſtar edebantur, uti in Certaminibus vetuſtiſſimorum temporum, non coronas modo, ſed ænea etiam vaſa, phialaſque argenteas, veſtes, clypeos & gemmas propoſitas fuiſſe, alioſque Athletarum majoris, alios minoris, reliquos Antagoniſtas leviſſimi pretii fuiſſe muneribus affectos, inde Maronis illa Lib. Æneid. V. in Ludis ad tumulum Anchiſæ inſtitutis:

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio, ſacri tripodes virideſque coronæ,
Et Palmæ pretium victoribus, armaque, & oſtro
Perfuſa veſtes, argenti aurique talenta.

Quibus ea congruunt Statii, Lib. Thebaid. VI:

Finiti curſus, operumque inſignia præſto,
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas,
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc genitus Victori Tigrim inanem
Ire jubet, fulvo quæ circumfuſa nitebat
Margine, & extremos auro manſueverat angues;
Gnoſſiacos arcus habet & vaga tela Meneſtheus, &c.

Idem confirmat aliorum quoque veterum teſtimoniis Scripto-

 rum

rum Petrus Taſſinus, *de Anno Seculari & Ludis Secularibus Romanorum, Cap. VIII.*, ubi de miſſilibus agit & Conviviis, Ludorum tempore apud Antiquos celebratis; carmenque Metelli adfert (*ex Tom. Antiq. Lection. Caniſii*) cujus initium erat:

Ibant in theatrum data
Auro largiſſius munera Caſaris . . .
Carrucas ibi gemmeas
Thraces Regis equi abripiunt feri, &c.

Conſentiuntque Franciſcus Bernardinus Ferrarius, *de Veterum Acclamationibus & Plauſu. Cap. XXV*, Johannes Philippus Pfeifferus, *Libro Antiquitatum Græcarum Gentilium I.*, elegantiſſimus Burettus, *Tom. I. Hiſt. Academ. Inſcript. & amœniorum Litterarum Lutetiæ*, præ ceteris vero Cl. Gorius, in Præfatione ad gemmas antiquas ex Theſauro Mediceo & privatorum Dactyliothecis Florentiæ, ſcribens: *Inter has gemmas non paucæ etiam producuntur Diis donatæ, vel claris Viris, vel AURIGIS, qui palmam obtinuere in Circenſibus præmio datæ*, & eæ certe, quæ Athleticos & gymnicos ad labores alluderent.

Quæ quum ita ſint, quis non ſuſpicetur ſtatim, gemmam noſtram ex iis fuiſſe, quas Athletis concedere conſueverant in Certaminibus, ſive maxime in Agonibus Tarſenſes, quum muneris materia, epigraphe, figura Herculis Victoris, exuviæ Leonis, palma, cetera demum Symbola in id conſpirare videantur? neque enim apertiſſima deſunt indicia, quibus Athleticas gemmas, noſtram præſertim, a ceteris ſecernere valeamus. Egregie hac de re doctiſſimus Bonarrotius, in animadverſionibus ad fragmenta quædam veterum valorum &c. Tab. xxx. pag. 210. ſcribit. *Non è poi la prima volta, che ne Vaſi iſteſſi, che ſi davano in premio a Vincitori ſi veda ſcritto il nome de giuochi. In un Medaglione di Caracalla, ſtampato nella Città d'Ancira, in due vaſi di ſimil figura è ſcritto:* ACΚΛΗΠΙΑ *in uno, e:* ΣΩΤΗΡΕΙΑ *nell altro, cioè:* Aſclepj Salutarj, *nomi di Giuochi dedicati ad Eſculapio: ed in un Medaglione parimente di Caracalla de Pergameni, nel fondo di alcuni Vaſi ſi legge:* ΟΛΥΜΠΙΑ e ΠΥΘΙΑ, Olimpii, *e* Pitii; *e in un Medaglione di Valeriano de Niſei, appreſſo il Morelli nella nuova Edizione del ſuo Specimine, in un gran vaſo è ſcritto:* ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΑ Teogamii Univerſali, *che erano feſte e giuochi in onore di Proſerpina, in una Medaglia di Teſſalonica di Gallieno, in un Vaſo ſi legge:* ΠΥΘΙΑ, *ed in altra di Tiro d'Eliogabalo:* ΗΡΑΚΛΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ, Erculei Olimpii, *giuochi dedicati ad Ercole detto Olimpico, e ſono tutte due riferite dal Vaillant nelle Medaglie delle Colonie, e ce ne ſarebbero*

molti

molti altri eſempj; da quali appariſce lo ſteſſo coſtume di ſcrivere i nomi de giuochi ne Vaſi, che ſi davano per premio, perchè ſerbandoſi in caſa de Vincitori, e dandoſi da eſſi agli Dei, e collocandoſi ne Tempj, appariſſero ſempre in quali luoghi foſſero ſtati guadagnati. Quum igitur, in gemma quam deſcribimus, circum Herculis figuram & palmam, litteras A. M. K. uti in Numiſmatibus Tarſi & Anazarbi, ſignificare debuiſſe oſtenderimus Ἀγῶνας Μεγάλης Κιλικίας, *Certamina magna Cilicia*, quæ in honorem Imperatorum edebantur, jure inde ac merito conficere videmur poſſe, eam ex muneribus fuiſſe, queis donatus fuerat Athletarum aliquis, eorum inſtar Vaſorum, in quibus aliorum Ludorum nomina viſebantur inſculpta.

An vero ab iis, qui Certaminibus præeſſe conſueverant Tarſi, an vero a quopiam alio munus ejuſmodi acceperit Athleta, definire pervium non eſt, neque enim aut in area, aut in peripheria litteræ viſuntur Γ Β, uti in Numiſmatibus, videlicet, γνώμη Βουλῆς, *Decreto Decurionum*, neque aliud indicium, quo Præſidum Ludorum juſſu ſcalpta fuiſſe gemma videatur. Id ut argumento eſt, eam recens Gordiani numiſmatis imitamentum non eſſe, neque a poſteriori Artifice, animi aut oſtentandæ induſtriæ cauſa, ad πρότυπα Gordiani numiſmata aptatam ſcalpturam ectypam fuiſſe, omnia ſiquidem novus Scalptor fuiſſet æmulatus; ita quis eo Victorem fuerit remuneratus in incerto relinquit. Signatam tamen Jaſpidem fuiſſe ut, Cilicum Ludorum occaſione, eo munere Athleta donaretur, ex eo colligere valemus, quod cum in finem numiſmata etiam abſque allegatis Siglis fuerint percuſſa. Eques G o gius, in Marmore Gordiani III. illuſtrato, pag. 145. ubi FELICIS Cognomen a Commodo in numiſmatibus primum aſſumptum fuiſſe contendit, hæc, ex Gruteri & Sylveſtri doctrina, habet: *Si potrebbe addurre per combattere la maſſima un Medaglione di Trajano, pubblicato dall' Angeloni nella ſua* Hiſtoria Auguſta *pag. 122. num. 16. in cui vedeſi lo ſteſſo Imperadore con la teſta laureata, e lettere che dicono* TRAJANVS P. F. AVG. *cioè* Pius Felix Auguſtus, *e nel roveſcio un carro trionfale, nella cui bigoncia ſtà una figura d'Uomo, che tiene la deſtra alzata in atto di sferzare con la fruſta i cavalli, e nell' altra una palma, con queſta breve leggenda* EVTYMIVS, *nome d'un famoſo Quadrigario, che, a riſerbo d'una ſol volta, ottenne ſempre vittoria ne giuochi Olimpici; ma perchè in eſſo Medaglione non vi ſi ſcorge il ſolito ſegnale del Decreto del Senato, compreſo nelle Sigle S. C. così non mi diſtoglie dalla mia primiera opinione. E' nota già, che*

per

Alexandro, Libro Dier. Genial. II. Cap. XV; *ab Erithræis Hippotonus, a Celtis Ogmyos, ab aliis Alexicacos, quaſi depulſor malorum cognominatus*. Herculem tandem maxime ἀλεξίκακον, præcipuum nempe inter Deos malorum depulſores, crediderunt fuiſſe, oſtendit Salmaſius *in Solinum*, ea præſertim de cauſa, quod ſomnia imminere exiſtimaretur, ὀνειροπομποῦ nempe nomine coleretur, nam omnes ὀνειροπομποὶ, utique ἀλεξίκακοι, quare ea confirmantur, quæ Tullius ſcribebat Diſputationum Tuſculanarum I: *Apud Græcos, indeque perlapſus apud nos, & uſque ad Oceanum, Hercules tantus & tam præſens habetur Deus*. Compoſita igitur, pro Veterum opinionibus, virtute Herculis cum Jaſpidis qualitate, eam pro Amuleto geſtatam inde ab Athleta fuiſſe deprehendimus. Reapſe Hieronymus Aleander, *in Tabulæ Heliacæ explicatione*, duas exprimendas curavit gemmas, in quibus Mercurialis Virga in Clavam Herculanam abit, Amuleta vero eas fuiſſe oſtendit, quod Clava Herculis malorum depulſionem, Mercurii Virga bonorum largitionem indicaret. Jacobus vero Sponius, *in Miſcellaneis Eruditæ Antiquitatis*, *Sect. IX.* plures ex viridi Jaſpide adfert gemmas, quas pro Amuletis habitas eſſe cenſet, ut de ſimilibus gemmis taceam, quas, ceu averruncas & ſalutares Ethnicorum opinione, explicat non ſemel laudatus Gorius, Tom. I. & II. Muſei Florentini. Hinc qui recens de Re Magica imprudenter ſcripſerunt, Herculis figuram gerentis dextra Clavam & interficientis Leonem, vel aliud monſtrum, eamque pretioſo in lapide ſculptam aut ſcalptam, campeſtri in pugna victoriam præbere commenti ſunt. Vid. *Trin. Mag. Francof.* MDCLXXIII. pag. 289.

Hæc mihi quoque veriſimilia olim videbantur. Verum, ne quid diſſimulem, ea verſari in opinione diutius non potui, cum ex iis, quæ allegatus Bonarrotius adnexit, videlicet: *Di queſte pietre intagliate ſe ne ſervivano per portare per Amuleti, ſecondo la ſemplicità e ſuperſtizione de Gentili ſe queſti ſono quelli fatti a foggie ſtraordinarie, e intagliati con figure miſterioſe a diritto, perchè i Sigilli, acciocchè veniſſero bene in cera, ſono fatti a roveſcio nella pietra. Per queſt effetto, come oſſervo altrove, ſembrano eſſer ſerviti molti viſi di Gorgoni in Camei grandi, le quali erano credute metter corraggio a Soldati &c*; tum etiam quod eæ, quibus ad avertendum faſcinum pro Amuleto Veteres utebantur, gemmæ epigraphen boni ominis, vel occultas continerent notas, ut apud Cl. Gorium videre eſt in Muſeo Florentino, apud Chifletium, & Cl. Groſeum de Boſe, in Diſſertatione *de Cultu Salutis Deæ*, ex qua intelligimus, maximam lapidum illorum partem verbo ΙΑΩ eſſe inſignitam. Nil extraordi-

ordinarium autem, aut ſuperſtitioſum, more Ethnico, in Jaſpide adparet noſtra, nil Ægyptiacum aut Abraxeum, nil quod redoleat ænigmata, qualia viluntur in gemmis *Theſaurt Ebermayeriani*, ab Erhardo Revſch explicatis, Claſſe viii Tab. xviii; ſed omnia Athleticos ſpirare, ut in Numiſmatibus quæ cum Gemma conveniunt, Ludos & Certamina gymnica, Tarſi in honorem alicujus Imperatoris celebrata, redolere videntur.

Quum igitur ſive ratione magnitudinis, ſive ratione figuræ & litterarum ordine dextro inſculptarum, gemma noſtra nullo modo eſſe ſignatoria videatur, aut una ex iis, quibus exſignabantur imagines, quas Græci ἐκσφραγίσματα appellabant; eam inde alio adſervatam fuiſſe fine veriſimilius ducimus, ut innuebat etiam Bonarrotius, vel nempe privato in Lare Herculi fuiſſe conſecratam; vel domi proſtaſſe, & apud Poſteros nobile manſiſſe victoriæ in Ludis ab Athleta relatæ monumentum. Pingi ſane Gladiatoria munera, atque in publico exponi ſolita fuiſſe docuit Plinius, *Libro Hiſtoriæ Naturalis XXXV*; oſtenditque clare Horatius, iis quæ habet Lib. II, Sat. VII:

Quum Fulvi, Rutubaque
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia rubrica picta, aut carbone: velut ſi
Revera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma Viri.

Nec pictura ſolum, ſed aliis etiam monumentis adſervata victoriarum ab Athletis relatarum apud Poſteros memoria & fama; præter enim præclariſſima tot illa Epigrammata veterum Poetarum in Athletas victores in Ludis Circenſibus, quæ apud Cl. Bandurium, *in Imperio Orientali Tom. I.* proſtant, quot Contorniata Numiſmata eum in finem percuſſa! Sigebertus Havercampus in elegantiſſima de eiſdem Diſſertatione, pag. 157. ubi de nummorum ejuſmodi uſu agit, hæc ſcribit: *Ab ipſis Dominis & Victoribus Circenſibus, ſeu eorum juſſu, ita elaborati ſunt, qui Equos ſuos, palmam adeptos, ita celebrari voluerunt, eorumque in Circo Victorias, additis ramuſculis. Nomina, ſive a pedum pernicitate, ſive ab amore Domini deſumpta, iiſdem Nummis inſcribuntur. Præterea notas quaſdam Equi variis locis impreſſas habent, forte ad eorum nobilitatem indicandam, prout ſignari apud antiquos Græcos tales Equi litteris* Κ. & Σ. *ſolebant, unde* κοππατίας & σαμφόρας, *dicta, ut docet Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes.* Quum igitur Gymnici Victores, ceu Heroes, & ἰσόθεοι, ut Solon apud Lucianum ait, *in Gymnaſ.*, Dii pœne æquales a Græcis Aſiæque populis olim haberentur;

filio cognomen accepiſſe. Eques vero Georgius, Epiſtola inter Eruditas ad Nicolaum Coletum data, factum id cenſet ob bellica Gordiani ſtudia, ejuſque de Perſis, Gothis, & Sarmatis victorias, quas in ejuſdem Vita celebrat Capitolinus. Nos aliis etiam de cauſſis ſcalptum in gemma Herculem, ſculptumque in Gordiani nummo ducimus, non ſolum quod altera Clavæ innitatur manu, altera exuvias Leonis gerat, (id vero frequentiſſimum,) ſed quod præſertim palmam reſpiciat, cui Serpens circumvolvitur, quibus utique ad Ludos & Certamina alluditur, quæ ipſe inſtituiſſe fama erat.

In Numiſmatibus porro quæ occaſione Ludorum percutebantur, non Tutelare modo ſculpebatur Numen, uti apud Tarſenſes eſſe dicebatur Hercules a Dione Pruſæenſi, in Tarſica Prima ita eos alloquuto: *ἄγε δή, πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, καὶ τοῦ Περσέως, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, οὓς τιμᾶτε, ὑποκρίνασθέ μοι προθύμως ... τί ἂν ἐποιεῖθ' ὁ ἀρχηγὸς ὑμῶν Ἡρακλῆς παραγένοιτο ἐπιτυχὼν ἀγῶνος, ὃν πάνυ καλὸν αὐτῷ ποιεῖτε. Age vero, per Herculem quaſo, & Perſea, & Apollinem, & Minervam, aliosque quos colitis Deos, reſpondete mihi expedite ..... Quid ergo ſi Hercules Dux veſter adveniat ad rogum, quem illi ſane pulchrum facitis?* Significat hic *ἀποθέωσιν* Herculis a Tarſenſibus celebratam, cujus formam egregie pingit Herodianus. *Lib. Hiſtor. IV. Cap. 2.* Non ſolum, inquam, in Numiſmatibus occaſione Ludorum percuſſis Tutelare ſæpenumero exprimebatur Numen, verum etiam alia ſculpebantur Symbola, quæ cum Ludis ipſis facerent; Cabirus puta, coronam Athletæ nudo porrigens, Urnæ in quibus palmarum rami, menſa cum corona & palmis, Hercules cum inſignibus noſtræ Jaſpidis, uti apud Vaillantium cernere eſt in nummo Periothiorum ob Ludos in honorem filiorum Severi celebratos, in quo certe Hercules ſculptus, altera clavam, altera ſpolia Leonis gerens, cum Arbore ſive Palma, cui Serpens involutus. Nonnullæ explicantur a Jacobo Bajero Herculis gemmæ in *Gazophylacio Ebermayeriano* extantes, quæ licet ſint minores, cum noſtra nihilominus conveniunt; triceſima altera præſertim Tab. II., ubi victor Hercules cum clava & exuviis Leonis, altera manu Lauri ramum oſtentat, qualis in nummis Commodi conſpicitur, uti nudus Athleta cum corona & palma ex Numiſmate antiquo antiquaque gemma conſpicitur in fronte *Catalogi Hieronicarum* a Corſino editi, alterque æque nudus in Gemma hyacinthina, Tab. LXXV. *Collection. Antiquitat. Romanar.*, Rodulphini Venuti. Quando enim in-

inſtitutum, ut Athletæ nudi currerent, quum præcincti antea eſſent, veteribus e Scriptoribus fuſe tradit Johannes Meurſius, Libro Antiquitatum Laconicarum iv. Cap. xviii, qua de re ſatis erit Scholiaſtem Thucydidis adferre, Lib. i. ſcribentem: Ἀπὸ Ὀρσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσι. *Poſt Orſippum Megarenſem* (quem alii Lacedæmonium faciunt) *nudati ſunt in Certaminibus*. Vetus Epigramma interea Auctoris ab eodem productum Scholiaſte:

Ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῆδ' ἀρίδηλον
Μνᾶμα θέσαν, φάμαις Δελφίσι πειθόμενοι.
Πρῶτος δ' Ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
Γυμνὸς, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.
Orſippo Megarenſi magnanimo hic inſigne
Monumentum poſuerunt, oraculo Delphyco parentes.
Primusque Græcorum Olympiæ coronatus eſt
Nudus, quum antea ſtadio præcingerentur.

Hinc & tot nudi Athletæ cum Ramulculis aut palmis, in Numiſmatibus a Sigeberto Havercampo illuſtratis, more ſcilicet Herorum, & tantum non Semideorum. Noſtra in Jaſpide, atque ac in Gordiani nummis, Herculem imberbem habes, ut in aliis etiam gemmis *Theſauri Ebermayeriani*; ſcimus enim eum αἰολόμορφον *varium facie*, quo nomine Orpheus in *Hymn.* illum appellavit; atque, ut hunc ipſum Gordiani nummum explicans Montfauconius ait loco allegato, *veriſimile quod ſit hunc ſingularem Herculis depingendi modum Tarſi proprium fuiſſe*. Habes & palmam ſignum indiciumque victoriæ & Athletæ præmium, de illo namque loquens Pollux Lib. iii. *obtinuiſſe*, ait inter cetera, *palmæ ramum, aut habuiſſe palmam*: ἀνελεῖν τὴν ῥάβδον τοῦ φοίνικος, ἢ τὸν φοίνικα λαβεῖν, quare & Virgilius, Lib. æneid. V.

Et palmæ pretium Victoribus.

Bonarrotius, in Animadverſionibus ad Numiſmata Cardinalis Carpinæi, nummum L. Veri explicans, in quo Hercules cum palma, ſcribit: *Il piccolo arbuſcello denota la pianta dell' Ulivo Selvatico, dalla quale ſollevanſi pigliare le corone de' Vincitori, onde fu chiamata* Callistefano, *a* Bella corona, *come ſcrive Pauſania* (Lib. V.) *Fù portata da Ercole agli Iperborei* (Schol Pind. Od 3.) *la qual coſa vien da Pauſania attribuita ad altro Ercole Idea antichiſſimo, e creduto altresì per iſtitutore de' Giuochi Olimpici*. Hinc, Tom. I. Inſcript. Gruteri, ſchemata viſuntur Gladiatorum aut palmam, aut coronas geſtantium; quin & ejuſdem Tomi pag. cccxxxv. Editionis Grævii, ejuſmodi ex Boiſſardo legitur Inſcriptio:

(XX.)

L'ANNAEVS
MER
VICIT. CIV.
SECVND. TVLIT.
XX. IIIIX
PERT. TVLIT. XIIX.
PAL. ET. COR. . . . . V.
DIVI TRAIANI
AVG. MVN.

Serpens qui Arbori circumvolvitur ad Draconem adludit malorum aureorum Cuſtodem, quem Hercules ΠΡΩΤΟΣ ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ, ut *in Marmore Farneſiano* dicitur, vicit olim & ſuperavit; ita namque & Sophocles, *in Trachiniis*, ipſum utpote plura monſtra *κατωργασμένον*, inducit ſua de dextera loquentem:

Hac interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu obſervantem arborem;

ut Tullius, Libro Diſputat. Tuſcul. II. illa *παραφράζει* Tragici:

τόν τε Χρυσέων
Δράκοντα μήλων φύλακ', ἐπ' ἐσχάτοις τόποις.

Sed & Serpentem victoriam portendiſſe creditum, ait Valerius Maximus, *Lib. I. Cap. 6.* Notum autem, ex *Hiſtoria Auguſta*, Gordianum Pium per Syriam veniſſe Antiochiam, quæ a Perſis tenebatur, illic frequentibus prælus pugnaſſe & viciſſe, hinc, ut animadvertit Patinus, *in Theſauro Numiſmatum*, dubium eſſe non debet, quin vicini Tarſenſes illius victorias celebraverint Ludis, Certaminibus, & Numiſmatibus, in quibus Hercules Tutelaris deus & palma victoriam, quam de Perſis Imperator obtinuerat, aperte deſignarent.

His poſitis noſſe valet quiſque quid noſtra de Jaſpide judicari poſſit, præſertim ſi ad ea, quæ ejuſmodi in Certaminibus fieri conſueverant, animum convertat. *In Ludis, quos pro æternitate Imperii ſuſceptos appellari MAXIMOS voluit* Nero, ut Svetonius in ejus vita ſcribit, *ſparſa Populo* fuerunt *miſſilia omnium rerum . . . teſſeræ frumentariæ, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ &c* Haud ignoro a libertate licentiaque Cæſarum, qui ſe ferebant ſupra Leges, eorumque *πολιτικῇ*, qua populos donis hiſce demulcebant ſibique devinciebant, ea omnia profecta; quin jam Leges ipſæ modum ſumptibus Ludorum ſtatuiſſent, ut fuſe oſtendit Jacobus Gutherius, *de Veteri Jure Pontificio Lib. III. Cap. 19.* Ve-

ſum,

rum, etſi pro minoribus viribus minori pompa in Provinciis Certamina ederentur, ea tamen quæ Romæ fieri conſueverant occaſione illa æmulatas fuiſſe in Ludis Urbes ceteras, animadvertit Tertullianus *Libro de Spectaculis*. Quæ igitur Certamina Maxima imitabantur Cæſarum, dum Α'γῶνας Μεγάλους ederent, Provinciarum Civitates, proclive eſt illorum occaſione Ludorum munera diſtribuiſſe aliqua, inter quæ gemmas etiam nummoſque, miſſilia, alia Ludos ipſos ſignificantia.

Et ſane, ut animadvertit doctiſſimus Gorius *Tomo II. Muſei Florentini pag. 32.*, antiquis in Lapidibus ad Circenſes Ludos pertinentibus apud Gruterum pag CCCXL., ceteros inter nominantur *Margaritarii*, qui, ut erudite notat Johannes Argolus, *in Notis ad Lib. I Onuphrii Panvinii de Circenſibus, Cap. XV.*, margaritas & gemmas in Circo vendebant Sponſoribus, Prætoribus, Conſulibus, Quæſtoribus, ceteriſque, qui Certamina edebant, quibus ipſi poſtea donarent victores Aurigas. Notum autem ex Petro Fabro, *Lib. Agoniſticon II. Cap IX. & Lib III Cap. XX*, præter quatuor Ludos Coronarios, ſeu ΟΛΥΜΠΙΑ, ΠΥΘΙΑ, ΝΕΜΕΑ, ΙΣΘΜΙΑ, de quibus quatuor elaboratiſſimas *Diſſertationes Agoniſticas* nuper ſcripſit Cl. Eduardus Corſinus, hoſce, inquam præter Ludos, in quibus coronæ tantum erant Victoribus conceſſæ, aliis in Agonibus, & maxime in iis qui Romanorum inſtar edebantur, uti in Certaminibus vetuſtiſſimorum temporum, non coronas modo, ſed ænea etiam vaſa, phialaſque argenteas, veſtes, clypeos & gemmas propoſitas fuiſſe, alioſque Athletarum majoris, alios minoris, reliquos Antagoniſtas leviſſimi pretii fuiſſe muneribus affectos, inde Maronis illa Lib. Æneid. V. in Ludis ad tumulum Anchiſæ inſtructis.

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio, ſacri tripodes viridesque coronæ,
Et Palmæ pretium victoribus, armaque, & oſtro
Perfuſæ veſtes, argeati aurique talenta.

Quibus ea congruunt Statii, Lib. Thebaid. VI:

Finiti curſus, operumque inſignia præſto,
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas,
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc genitus Victori Tigrim mandem
Ire jubet, fulvo quæ circumfuſa nitebat
Margine, & extremos auro manſueverat angues;
Gnoſſiacos arcus habet & vaga tela Meneſtheus, &c.

Idem confirmat aliorum quoque veterum teſtimoniis Scripto-

rum

rum Petrus Taſſinus, *de Anno Sæculari & Ludis Sæcularibus Romanorum, Cap. VIII.*, ubi de miſſilibus agit & Conviviis, Ludorum tempore apud Antiquos celebratis; carmenque Metelli adfert (*ex Tom. Antiq. Lection. Caniſii*) cujus initium erat:

Ibant in theatrum data
Auro largiſſimi munera Cæſaris;
Carrucas ibi gemmeas
Thraces Regis equi abripiunt feri, &c.

Conſentiuntque Franciſcus Bernardinus Ferrarius, *de Veterum Acclamationibus & Plauſu, Cap. XXV*, Johannes Philippus Pfeifferus, *Libro Antiquitatum Græcarum Gentilium I.*, elegantiſſimus Burettus, *Tom. I. Hiſt. Academ. Inſcript. & amœniorum Literarum Lutetiæ*, præ ceteris vero Cl. Gorius, in Præfatione ad gemmas antiquas ex Theſauro Mediceo & privatorum Dactyliothecis Florentiæ, ſcribens: *Inter has gemmas non paucæ etiam producuntur Diis donatæ, vel claris Viris, vel AURIGIS, qui palmam obtinuere in Circenſibus præmio datæ*, & eæ certe, quæ Athleticos & gymnicos ad labores alluderent.

Quæ quum ita ſint, quis non ſuſpicetur ſtatim, gemmam noſtram ex iis fuiſſe, quas Athletis concedere conſueverant in Certaminibus, ſive maximis in Agonibus Tarſenſes, quum muneris materia, epigraphe, figura Herculis Victoris, exuviæ Leonis, palma, cetera demum Symbola in id conſpirare videantur?, neque enim apertiſſima deſunt indicia, quibus Athleticas gemmas, noſtram præſertim, a ceteris ſecernere valeamus. Egregie hac de re doctiſſimus Bonarrottus, in animadverſionibus ad fragmenta quædam veterum vaſorum &c. Tab. xxx. pag. 220. ſcribit: *Non è poi la prima volta, che ne Vaſi steſſi, che ſi davano in premio a Vincitori ſi veda ſcritto il nome de giuochi. In un Medaglione di Caracalla, ſtampato nella Città d'Ancira, in due vaſi di ſimil figura è ſcritto:* ACΚΛΗΠΙΑ *in uno, e:* ΣΩΤΗΡΕΙΑ *nell' altro, cioè:* Aſclepj Salutarj, *nomi di Giuochi dedicati ad Eſculapio: ed in un Medaglione parimente di Caracalla de Pergameni, nel fondo di alcuni Vaſi ſi legge:* ΟΛΥΜΠΙΑ *e* ΠΥΘΙΑ, Olimpii, *e* Pitii; *e ſu un Medaglione di Valeriano de Niſei, appreſſo il Morelli nella nuova Edizione del ſuo Specimine, in un gran vaſo è ſcritto.* ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΑ Teogamii Univerſali, *che erano feſte e giuochi in onore di Proſerpina, in una Medaglia di Teſſalonica di Gallieno, in un Vaſo ſi legge:* ΠΥΘΙΑ, *ed in altra di Tiro d'Eliogabalo:* ΗΡΑΚΛΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ, Erculei Olimpii, *giuochi dedicati ad Ercole detto Olimpico, e ſono tutte due riferite dal Vaillant nelle Medaglie delle Colonie, e ce ne ſarebbero*

molti

molti oltri eſempj; da quali apparisce lo ſteſſo coſtume di ſcrivere i nomi de giuochi ne Vaſi, che ſi davano per premio, perchè ſerbandoſi in caſa de Vincitori, e dandoſi da eſſi agle Dei, e collocandoſi ne Tempj, appariſſero ſempre in quali luoghi foſſero ſtati guadagnati. Quum igitur, in gemma quam deſcribimus, circum Herculis figuram & palmam, litteris A. M. K. uti in Numiſmatibus Tarſi & Anazarbi, ſignificare debuiſſe oſtenderimus Ἀγῶνας Μεγάλης Κιλικίας, *Certamina magna Cilicia*, quæ in honorem Imperatorum edebantur, jure inde ac merito conficere videmur poſſe, eam ex muneribus fuiſſe, queis donatus fuerat Athletarum aliquis, eorum inſtar Vaſorum, in quibus aliorum Ludorum nomina viſebantur inſculpta.

An vero ab iis, qui Certaminibus præeſſe conſueverant Tarſi, an vero a quopiam alio munus ejuſmodi acceperit Athleta, definire pervium non eſt, neque enim aut in area, aut in peripheria litteræ viſuntur Γ B, uti in Numiſmatibus, videlicet, γνώμῃ Βουλῆς, *Decreto Decurionum*, neque aliud indicium, quo Præſidum Ludorum juſſu ſculpta fuiſſe gemma videatur. Id ut argumento eſt, eam recens Gordiani numiſmatis imitamentum non eſſe, neque a poſteriori Artifice, animi aut oſtentandæ induſtriæ cauſa, ad πρότυπα Gordiani numiſmata, aptatam ſcalpturam ectypam fuiſſe; omnia ſiquidem novus Scalptor fuiſſet æmulatus; ita quis ea Victorem fuerit remuneratus in incerto relinquit. Signatam tamen Jaſpidem fuiſſe ut, Cilicum Ludorum occaſione, eo munere Athleta donaretur, ex eo colligere valemus, quod eum in finem numiſmata etiam abſque allegatis Siglis fuerint percuſſa. Eques Gorgius, in Marmore Gordiani III. illuſtrato, pag. 145. ubi FELICIS Cognomen a Commodo in numiſmatibus primum aſſumptum fuiſſe contendit, hæc, ex Gruteri & Sylveſtri doctrina, habet: *Si potrebbe addurre per combattere la maſſima un Medaglione di Trajano, pubblicato dall' Angeloni nella ſua* Hiſtoria Auguſta *pag.* 122. *num.* 16. *in cui vedeſi lo ſteſſo Imperadore con la teſta laureata, e lettere che dicono* TRAJANVS P. F. AVG. *cioè* Pius Felix Auguſtus, *e nel roveſcio un carro trionfale, nella cui bigencia ſtà una figura d'Uomo, che tiene la deſtra alzata in atto di sferzare con la fruſta i cavalli, e nell' altra una palma, con queſta breve leggenda* EVTYMIVS, *nome d' un famoſo Quadrigario, che, a riſerbo d' una ſol volta, ottenne ſempre vittoria ne giuochi Olimpici; ma perchè in eſſo Medaglione non vi ſi ſcorge il ſolito ſegnale del Decreto del Senato, compreſo nelle Sigle S. C. così non mi diſloglie dalla mia primiera opinione. E' noto già, che*

per

per li felici ſucceſſi di Trajano ſi facevano grandi allegrezze, e feſte, non puramente in Roma, ma nelle altre Città Provinciali ancora, e però non è lontano dalla probabilità il credere, che un qualche Quadrigario nel corſo e gareggiamento delle carette, ſotto gli auſpicii di detto Principe, abbia riportato vittoria, e che ſia ſtato in conſeguenza battuto l'accennato Medaglione da qualche Città, ed attribuita la gloria a Trajano col mentovarlo Felice, giacchè la fortuna ſteſſa ſecondava il ſuo nome anche in tali gioioſe facende, eſaltando nello ſteſſo tempo il Quadrigario, col paragonarlo ad Eutimio Pitta, *il quale, per commandamento dell'Oracolo Delfico, fu conſacrato vivo, al dire di Plinio*, Lib. VII Hiſtor. Natural. &c. Non recens autem & inſolitus mos ſculpendi Ludorum Victores in Numiſmatibus, inde Patarolus, Epiſtolà ad Cl. Catherinum Zenum, magni Apoſtoli Zeni, honoris decoriſque Italiæ noſtræ, fratrem, Numiſma Syracuſarum explicans, ſcripſerat: *La teſta ho giudicato, e giudico con oſtinazione, che ſia di alcuno de Vincitori de' giuochi Iſtmj, che vi ſi celebravano in onore di Melicerta. Che ſulle monete s'imprimeſſero i Vincitori di que Giuochi non lo tengo per tanto lontano, &c.* Si vero in numiſmatibus Victores Ludorum, ipſorumque inſignia & emblemata ſculpebantur, potiore jure factum id oportuit in lapidibus, ſive in gemmis Ludorum occaſione inſculptis excalptiſque; inque iis præſertim, quæ nullius publicæ auctoritatis decreto, aut epigraphe (quarum de numero videtur gemma noſtra) erant inſignitæ. Agit allegatus Faber, *Libro Agoniſticon. II Cap. XVIII.*, de victorialibus privatorum quoque amicorum cœnis & conviviis, quibus excipi ſoliti Athletæ erant, eorumque Parentes atque amici intimi, ut ex *Athenæi Xenophontis*, & *Plutarchi* teſtimoniis colligit, quod appellabatur τὰ νικητήρια vel ἐπινίκια ἑστιᾶν, neque alicui ignotum eſſe poteſt, Cœnas ejuſmodi ſequuta fuiſſe munera apud Veteres & dona, inter quæ victoriales fortaſſe teſſeræ, ſchemata atque Ἔκτυπα, Ludos & victoriam repræſentantia. Vidimus non a Prætoribus modo, Conſulibus, aut Quæſtoribus, ſed a Sponſoribus quoque margaritas emptas atque gemmas, quibus eos, pro quibus ſpoponderant, remunerarentur victores. Quiſquis autem fuerit qui Athletam eo munere affecerit, illud tamen Athleticum fuiſſe præmium, dubitandum non eſt.

Certius aliquid excogitare poſſumus de gemmæ vicibus & fato, quo eam ad Athleticos ſpectaſſe Ludos magis oſtendamus. Ex Bonnarotio jam animadverſum eſt, victorialia illa præmia, in quibus Certaminum nomina ſculpta legebantur, Victorum in domi-

domibus aſſervata fuiſſe, vel Deo Præſidi in Templis conſecrata, tamquam ἀναθέματα, æternumque victoriæ monumentum. Uberius id confirmare videtur idem Auctor, in Præfatione ad Animadverſiones Hiſtoricas in Numiſmata Cardinalis Carpinæi, pag. 13. & 11. ſcribens: *Di queſte pietre intagliate, per la loro grandezza e figura poco a propoſito per ſigillare, gli Antichi ſi dovevano ſervire o per memoria de' Perſonaggi, che v' erano ſcolpiti, o per conſervarle per la bellezza, o per portare per Amuleti, ſecondo la ſemplicità, e ſuperſtizione de' Gentili*. Sane ſi gemmæ noſtræ qualitatem conſideramus, quam Jaſpidem eſſe, quidquam Smaragdi habentem, diximus, tam pro Amuleto ab Athleta poſt Ludos habitam, ſtatim exiſtimabimus. De Jaſpidum generibus, Libro Hiſtoriæ Naturalis XXXVII. ſcribens Plinius, *Totus Oriens*, inquit, *pro Amuletis traditur geſtare eam quæ ex iis Smaragdo ſimilis eſt*, quo cum faciunt illa Priſciani in Periegeſi.

Atque malos lemures quod pellit munus, Jaſpin.

Quin & omnia Jaſpidis genera pro Amuletis promiſcue geſtari olim ſolita, auctor eſt Dioſcorides, Cap. CLX: Λέγονται δὲ πᾶσαι εἶναι φυλακτήρια περίαπτα, quæ Harduino animadverſa in Notis ad locum Plinii allegatum, qui eodem in Libro de Heliotropio verba faciens, inſolitas, additis præcantationibus quibuſdam virtutes Veterum inprudentia eidem aſſertas tradit. Jam vero ſi animadvertimus Herculem olim Deos inter σωτῆρας, & ἐναγωνίους habitum, ut Ezechiel Spanphemius obſervavit in Callimachum, *Hymn. in Dian.*; eundemque ἀλεξίκακον & τεράστιον, *auctorem prodigiorum, malorumque depulſorem* appellatum in Antiquis Inſcriptionibus, ut Cl. Gorius in Muſeo Florentino docuit ad Tabb. XXXIV. & XXXV; magis induci videmur poſſe, ut inter σωτηρίας *ſalutares* numeremus Jaſpidem, qua, peractis Ludis, pro Amuleto uti potuit Sarbicus Athleta. Herculem certe Melitenſem *Alexicacum* vocatum nos edocet Heſychius ad vocem ex Μελίτης μαστιγίας ſcribens: *Appellatur autem Hercules, qui in Melite eſt, Averruncus*. καλεῖται δὲ ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς, Ἀλεξίκακος. Quod confirmatur quoque a Scholiaſte Ariſtophanis ἐν Βατράχοις. Unus ex iis, qui loquentes inducuntur a Luciano, *in Fugitivis*; Ἡρακλες ἀλεξίκακε, inquit, ἀκούεις; *Depulſor malorum Hercules, audin?* Simulacrum Apollonii ſub Herculis *Alexicaci* nomine conſtitutum narrat Lactantius, *Lib. Inſtit. Divin. V. Cap.* 3; quem ad locum adnotat Xyſtus Betulejus ex Philoſtrato, Epheſius eidem ceu Herculi ἀποτροπαίῳ, poſuiſſe Signum. *Fuit Hercules Conopius, apud Oetæos*, inquit Alexander ab

Ale-

Alexandro, Libro Dier. Genial. II. Cap. XV; *ab Erithræis Hippotinos, a Celtis Ogmyos, ab aliis Alexicacos, quaſi depulſor malorum cognominatus*. Herculem tandem maxime ἀλεξίκακον, præcipuum nempe inter Deos malorum depulſores, creditum fuiſſe, oſtendit Salmaſius *in Solinum*, ea præſertim de cauſa, quod ſomnia transmittere exiſtimaretur, ὀνειροπομποῦ nempe nomine coleretur, nam omnes ὀνειροπομποὶ, utique ἀλεξίκακοι; quare ea confirmantur, quæ Tullius ſcribebat Diſputationum Tuſculanarum I: *Apud Græcos, indeque perlapſus apud nos, & uſque ad Oceanum, Hercules tantus & tam præſens habetur Deus*. Compoſita igitur, pro Veterum opinionibus, virtute Herculis cum Jaſpidis qualitate, eam pro Amuleto geſtatam inde ab Athleta fuiſſe deprehendimus. Reapſe Hieronymus Aleander, *in Tabula Heliaca explicatione*, duas exprimendas curavit gemmas, in quibus Mercurialis Virga in Clavam Herculanam abit, Amuleta vero eas fuiſſe oſtendit, quod Clava Herculis malorum depulſionem, Mercurii Virga bonorum largitionem indicaret. Jacobus vero Sponius, *in Miſcellaneis Eruditæ Antiquitatis, Sect. IX.* plures ex viridi Jaſpide adfert gemmas, quas pro Amuletis habitas evincit, ut de ſimilibus gemmis taceam, quas, ceu averruncas & ſalutares Ethnicorum opinione, explicat non ſemel laudatus Gorius, Tom. I. & II. Muſei Florentini. Heinc qui recens de Re Magica imprudenter ſcripſerunt, Herculis figuram gerentis dextra Clavam & interficientis Leonem, vel aliud monſtrum, eamque pretioſo in lapide ſculptam aut ſcalptam, campeſtri in pugna victoriam præbere commenti ſunt. Vid. *Trin. Mag. Francof.* MDCLXXIII. pag. 289.

Hæc mihi quoque veriſimilia olim videbantur. Verum, ne quid diſſimulem, ea verſari in opinione diutius non potui, cum ex iis, quæ allegatus Bonarrotius adjicit, videlicet: *Di queſte pietre intagliate ſe ne ſervivano per portare per Amuleti, ſecondo la ſemplicità e ſuperſtizione de Gentili se queſti ſono quelli fatti a foggie ſtraordinarie, e intagliati con figure miſterioſe a diritto, perchè i Sigilli, acciocchè veniſſero bene in cera, ſono fatti a roveſcio nella pietra. Per queſt effeto, come oſſervo altrove, ſembrano eſſer ſerviti molti viſi di Gorgoni in Camei grandi, le quali erano credute metter coraggio a Soldati &c*; tum etiam quod eæ, quibus ad averrendum faſcinum pro Amuleto Veteres utebantur, gemmæ epigraphen boni ominis, vel occultas continerent notas, ut apud Cl. Gorium videre eſt in Muſeo Florentino, apud Chiffletium, & Cl. Groſenin de Boſe, in Diſſertatione *de Cultu Salutis Deæ*, ex qua intelligimus, maximam lapidum illorum partem verbo ΙΑΩ eſſe inſignitam. Nil extra-

ordi-

ordinarium autem, aut ſuperſtitioſum, more Ethoico, in jaſpide adparet noſtra, nil Ægyptiacum aut Abraxeum, nil quod redoleat ænigmata, qualia viſuntur in gemmis *Theſauri Ebermayeriani*, ab Erhardo Reviſch explicatis, Claſſe VIII. Tab. XVII; ſed omnia Athleticos ſpirare, ut in Numiſmatibus quæ cum Gemma conveniunt, Ludos & Certamina gymnica, Tarſi in honorem alicujus Imperatoris celebrata, redolere videntur.

Quum igitur ſive ratione magnitudinis, ſive ratione figuræ & litterarum ordine dextro inſcalptarum, gemma noſtra nullo modo eſſe ſignatoria videatur, aut una ex iis, quibus exſignabantur imagines, quas Græci ἐκσφραγίσματα appellabant; eam inde alio adſervatam fuiſſe ſine veriſimilius ducimus, ut innuebat etiam Bonarrotius, vel nempe privato in Lare Herculi fuiſſe conſecratam; vel domi proſtaſſe, & apud Poſteros nobile manſiſſe victoriæ in Ludis ab Athleta relatæ monumentum. Pingi ſane Gladiatoria munera, atque in publico exponi ſolita fuiſſe docuit Plinius, *Libro Hiſtoriæ Naturalis XXXV*, oſtenditque clare Horatius, iis quæ habet Lib. II. Sat. VII.

Quum Fulvi, Rutubæque
Aut Placidejani contento poplite miror
Prælia rubrica picta, aut carbone: velut ſi
Revera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma Viri.

Nec pictura ſolum, ſed aliis etiam monumentis adſervata victoriarum ab Athletis relatarum apud Poſteros memoria & fama, præter enim præclariſſima tot illa Epigrammata veterum Poetarum in Athletas victores in Ludis Circenſibus, quæ apud Cl. Bandurium, *in Imperio Orientali Tom. I.* proſtant, quot Contorniata Numiſmata eum in finem percuſſa! Sigebertus Havercampus in elegantiſſima de eiſdem Diſſertatione, pag. 157. ubi de nummorum ejuſmodi uſu agit, hæc ſcribit: *Ab ipſis Dominis & Victoribus Circenſibus, ſeu eorum juſſu, ita elaborati ſunt, qui Equos ſuos, palmam adeptos, ita celebrari voluerunt, eorumque in Circo Victorias, additis ramuſculis. Nomina, ſive a pedum pernicitate, ſive ab amore Domini deſumpta, iiſdem Nummis inſcribuntur. Præterea notas quaſdam Equi variis locis impreſſas habent, forte ad eorum nobilitatem indicandam, prout ſignari apud antiquos Græcos tales Equi litteris K. & Σ. ſolebant, unde κοππατίαι & σαμφόραι, dicti, ut docet Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes*. Quum igitur Gymnici Victores, ceu Heroes, & ἰσόθεοι, ut Solon apud Lucianum ait, *in Gymnaſ.*, Diis pœne æquales a Græcis Aſiæque populis olim haberentur;

tur; imo a Romanis quoque, ut Ode I. Venuſinus ſcripſit Vates:

Palmaque nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos;

Et Carminum Lib. IV. Ode II.

Sive quos Elea domum reducit
Palma caleſtes.

Quis magnam ab eiſdem habitam non videat Athleticorum munerum rationem? Quis magna adſervatas cura dubitet victoriales haſce gemmas, quæ, ut verbis utar Tulii, *Libro in Verrem IV*, illis erant Gentibus diuturnæ oblectamenta & ſolatia ſervitutis? Quum vero, non minus quam Græcos, ejuſmodi artificia, ſive exculpta, ſive excalpta, ut Signa Tabulæque pictæ, nimio opere Romanos etiam delectarent, hinc factum facile, ut Jaſpis noſtra, poſt Gordiani ætatem, alicui Ciliciæ Præſidi dono fuerit data, aut alia ad nos delata fuerit ratione, qua infinitæ prope ejuſce generis res, noſtras ad regiones ab Oriente pervenerunt.

Sunt hæc vero, VIR CLARISSIME, quæ, ſive Jaſpidi noſtræ illuſtrandæ, ſive confirmandæ Interpretationi tuæ, idonea arbitratus ſum. Plura fortaſſe ſcripſiſſem, ſi licuiſſet per epiſtolam; vix enim ſatis ſignificare valeo, quantum hæc me ſtudia delectare cœperint, poſt ea quippe, quæ *Spanhemius* de Uſu docuit & præſtantia Numiſmatum Antiquorum, poſt Mabilloniana Monita in Lib. de Studiis Monaſticis; & quæ Valentinus Erneſtus Loeſcherus de uſu docuit rei nummariæ in Hiſtoria Eccleſiaſtica & in Theologia; poſt ea quæ Itali noſtri, *Bonarrotius* præſertim, in Præfatione ad Numiſmata Cardinalis Carpinæi, *Eques Georgius*, in Epiſtolis Eruditis, & recentiſſime celeberrimus *Gorius*, Tomo Litterariarum Symbolarum II. in Auctario ad Diſceptationem de Locatoribus Scenicorum, de iſtiuſmodi litterarum utilitate docte diligenterque ſcripſerunt, poſt tantum illud quod Italiæ noſtræ acceſſit decus ex elaboratiſſimis in re antiquaria Elucubrationibus doctiſſimi *Marchionis Maffei*; poſt tot Aſcetarum etiam præſtantiſſima Exempla, quis noſtrum in amorem tam præclaræ doctrinæ rapi ſe tranſque jucundiſſime non ſentiat? Utinam, tui inſtar, ſecundis omnes avibus, & auſpicato. Tu interim, PATER REVERENDISSIME, Litteraria de Republica benemereri, aliaque vetera illuſtrare perge monumenta: ego, pro modulo meo, tua longe ſequi conabor veſtigia, hæcque Epiſtola, quæcumque ea ſit, ut teſtatum omnibus compertumque faciet obſequium in Te meum; ita perpetuum erit humanitatis in me tuæ argumentum. Vale.

Brixiæ ad S. Dominici Kal. Novemb 1749.

99 934547